



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Tractatvs Quartvs. De Sacratissimo Evcharistiae Sacramento & excellenti  
perfectione quam suscipientibus adfert.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

meam: vt in contemplatione pulchritudinem videam diuinæ faciei tuæ, & virtutum ac perfectionum tuarum elegantiam, ita vt ad eas imitandas exciter, & afficiar. Sonet in auribus meis dulcissima suauissimæ inspirationis tuæ vox, quæ me ad omnium horum operum exercitationem inuitet; vt auxilio tali præmunitus in omnibus eis valdè præcellens eadam; perueniamque ad te videndum, & in gloria tua æternum fruendum, Amen.

TRACTATVS III. FINIS.

TRACTATVS IV.

DE SACRATISSIMO  
EUCHARISTIÆ  
SACRAMENTO ET EXCELLENTI

PERFECTIONE, QVAM SVSCIPIENTIBUS ADFERT.

CAPVT PRIMVM.

PRAESENTIAM CHRISTI D. N. IN SANCTISSIMO  
Eucharistiæ Sacramento comprobant stupenda, quæ per  
illud facta sunt in mundo.



ANCTISSIMVM Altaris Sacramentum, quod etiam EUCHARISTIÆ appellamus, proprium locum (vt sacra Concilia Ecclesiæque Doctores allerunt) habet post Baptismũ & Confirmationẽ, quæ nos capaces dignosque reddunt ad illud suscipiendũ. Sed quoniam plerumque fideles in varias incidunt culpas, à quibus necesse est, eos per cõfessionis Sacramentum purgari, antequam hoc suscipiant: hoc poluimus quarto loco, tanquam solem inter septem planetas, quod tamen in excellentia & dignitate est omnium primum, & a fontem solis licet appellare: multis scilicet aquis redundantem. Nam ex septem fontibus Saluatoris hic gloriosior est, & abundantior: quia continet in se ipsummet

Concil. Trid.  
sess. 7. c. 1.  
S. Tho. 3. p.  
4. 6. a. 2.  
S. 3.

Ios. 15. 7.  
Ija. 12. 3.

c Mac. 4. 2.

Saluatorem, qui fons est luminis, & aquarum omnium viuentium ipsius gratiæ; & Diuinus ille sol, de quo Malachias: *c Vobis timentibus nomen meum orietur SOL IUSTITIÆ, & sanitas in pennis eius; & salietis sicut vituli in cōspectu eius.* Quod promissum etsi cum iustis loquatur, qui huius vitæ labores iam superarunt quibus proinde diuinus hic sol nascetur, cum ad eos remunerandos cum ingenti gloria veniet; potest tamen eadem promissio applicari iustis, qui pœnitentiæ amaritudines, de quibus hætenus egimus, subierunt. Ijs enim sol hic iustitiæ nascitur, cum in hoc sacramentum è cælo descendit, ad vitam sanitatemque confirmandam, & augendam, quam illis erat elargitus. Et quemadmodum pennæ Solis appellantur splendoris radij illi ambientes, quibus ille per mundum gyrans, viuentes exhilarat. Ita solis huius Iustitiæ penas licet appellare duas huius sacramenti partes; quibus totam Ecclesiam circumiens, radios lucis ardoremque; cælestem ad animas sanandas, & exhilarandas emittit. quæ statim atque cum spiritu Sacramentū hoc susceperunt, tanquam vituli lacte saturi; hinc inde præ gaudio discurrunt, ac saltant: degustato enim suauissimo huius cibi lacte, exultant cum spiritus iubilis saltantque; in Diuino conspectu, sicut Dauid ante arcam fœderis saltabat. Sed mysterium singulare indicat translatio LXX. Interpretum, dicēs: *Salietis sicut vituli de vinculis relaxati.* significat enim, quemadmodum vituli, qui aliquandiu inclusi, & ligati manserunt, cum inde soluuntur, currunt, saltantque; ingenti letitia: Ita eos, qui catenis suorum peccatorum ligati erant, per sacramentū verò Confessionis soluti & liberati sunt, letari, & præ gaudio salire, cum vident Iustitiæ solem ipsos velle suis pennis protegere; & instar cibi in sanctissimo hoc sacramento dignari ad ipsos venire. Cuius sacramenti excellentias in hoc tractatu indicabimus, ijs præsuppositis, quæ in alijs nostris libris de eodem attulimus, vt pœnitentes, spiritus recentes nunc accipiant ad itinera & vias suæ reformationis peragendas: reliqui verò iusti animentur ad crescendum, & ascendendum ad sublimitatem perfectionis Christianæ, quæ per hoc sacramentum confertur.

In Medit.  
part. 4. & 6.  
Et in Duce  
Spiritus. Trac.  
2.

d Ps. 110. 4.

PRO fundamento autem eorum, quæ sunt dicenda, stabiliemus in hoc capite Diuinissimi huius mysterij veritatem, ad consolationem fidelium: de eo enim dixit Dauid: *d memoriam fecit mirabilem suorum, misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se,* qui hoc timore, & reuerentia, omnia peccata deuitant. Tot autem tantaque fuerunt hæc mirabilia, vt eos offuscauerint, qui se sapientes existimarunt; nec ea admittere voluerunt, filij superbiæ, quorum Rex est Sathan, qui quemadmodum Confessionem horrent, quia pudet peccata sua alteri homini aperire, dicentes: satis sibi esse, si Deo soli confiteantur: ita Cōmunionem sacrā contemnunt: quia pudet credere Christum Seruatorem nostrum latere sub eo, quod videtur esse panis & vinum;

dicen-

dicentes eum nec sua omnipotētia id fecere potuisse; nec bonitate voluisse, nec eius Maiestatem id decere. Sed in hoc ipso impij homines suā ignorantiam & superbiam Diabolicam manifestant: volentes omnipotentiam Dei exili suo intellectu & eiusdem bonitatē tumentis suā: superbiam iudicio metiri. de quibus S. Apostolus Iudas dixit: *quacunq; ignorant blasphemare. quacunq; autem naturaliter, tanquā muta animalia, norēt, in his corrumpi.* Et S. Petrus f. quod dominatione contemnant, audaces, sibi q; placentes, sectas non metuant *introducere, blasphemantes: & veluti irrationabilia pecora in corruptione sua perituros, percipientes mercedem suā iniustitia:* quia iudicio tantum sensuum & appetitionum gustu ducuntur, nisi enim malitia fuissent excacati, suasq; aures tanquam aspides surdē occlusissent, audiissent dubio procul ipsius Christi Seruatoris verbū dicentis: *Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus:* quod idem re ipsa confirmavit, cum postea: *h. accepit panem, deditq; discipulis dicens: accipite & comedite: hoc est corpus meum: & similiter calicem, dicens: bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus.* potestne quis dubitare Christū D. hęc verba dixisse: aut ea veram ac realem eius presentiam significare in cibo & potu, quē illis porrigebat? si enim voluisset clarē ac distinctē id tunc dicere, quod Ecclesia Catholica de eius presentia nunc confitetur; verbisq; uti, quæ dubitationem omnem & suspicionem excluderent: non potuisset alijs vllis uti magis proprijs & apertis, quā quibus est vsus. Si igitur ea dicere potuit: quis dubitet, potuisse eum, ac proinde voluisse facere, quod ea verba significant? Deo enim æquē facilē est rem aliquam facere, atq; dicere: siquidem verbo suo illam facit. Et quemadmodum super panem dixit illa verba: *Hoc est corpus meum*: ita fecit esse corpus suum. nec propterea vel in puncto Maiestatem & magnitudinem suam imminuit: sed potius ad infinitas Omnipotentię & Charitatis suę diuitias ostendendas voluit, hanc summam & memoriam suorum mirabilium facere: ut se ipsū daret in cibum ijs, qui illi credunt, timent, & tanquam filij diligunt. qui magno sibi honori tribuūt, patrem habere aded potentem ac bonum, aded generosum & magnanimum, ut magnitudinem reputer se se demittere, ut eos exaltet; & se se abijcere, ut eos extollat. Sicut enim non reputavit immensa sua Maiestate indignum, quod se demitteret ad suscipiendam formam serui, & ad crucem inter duos latrones subeundam, ob redemptionem hominū: Ita non dedignatur formam cibi sumere, & sic ad ipsosmet venire, & ad interiora eorum per se ipsum penetrare: ut suis illos donis repleat: sed potius in hac ipsa humiliatione illa mirabilia adumbravit, quæ in ipsa mundi creatione, & in lege veteri, ac deniq; in ipsa noua fecerat. Nam ex omnipotentia, quam in illis ostendit, ostendit etiam se potentiam habere ad hoc mirabile edendum, in quo reliqua illa quasi in compendium & summam redegit.

§. I. Mira-

c Iudas in  
sua Canon.  
vers. 10.  
f. 2. Pet. 2. 10

g Ioan. 6. 56.  
h Matth. 26.  
26.

§. I. *Mirabilia in mundi Creatione.*I.  
Mundi cre-  
atio.Lib. 4. de  
Sacram. c.4.  
a Gene. 5 16

”

”

b Psa. 148 5.

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

**P** R I M V M in initio mundi ostendit magnus noster **D E V S** suam omnipotentiam : quòd solo verbo ex nihilo fecerit cælum & terram ; & reliqua, quæ vacuum hoc repleuerunt. Cur ergò non poterit eodem verbo suo facere, quod de hoc Diuino sacramento confitemur ? Perpendit huius rationis vim mirificè S. Ambros. dicens. Sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia, a *Iussit Dominus, & factum est cælum; iussit Dominus & facta est terra; iussit Dominus, & facta sunt maria; iussit Dominus, & omnis creatura generata est.* Vides ergò quàm operatorius sit sermo Christi? si ergò tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant; quantò magis operatorius est, vt sint quæ erant; & in aliud commutentur: Cælum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: b *Ipsè dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.* Ergò etsi non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem, dico tibi, quod iam est corpus Christi. Ipse dixit, & factum est; ipse mandauit, & creatum est. Hæc S. Ambros. Quibus addendum, quòd eodem ipso tempore, quo res omnes ex nihilo creando, **D E V S** omnipotentiam suam manifestauit; simul etiam suam ostendit immensitatem, qua in ijsdem ipsis Creaturis ipsemet esse cæpit. nam idē ipse immensus Dominus, qui à sua aternitate fuit in se ipso: cæpit, si ita loqui licet, expandere, & extendere se extra se ipsum, implendo ipsum cælum, terram, & omnia quæ in eis sunt, nullo vacuo aut inani relicto: in quo ipse non esset per essentiam, præsentiam, & potentiam præsentissimus, realiter scilicet, ac verè in suis omnib. creaturis intimè existens; ostendens etiam in hoc, quàm illas diligit. Quid ergò mirum, quòd idemmet **D E V S**, factus pro nobis homo, qui in se ipso quasi contractus, & ad solam vnã humanitatem angustatus quodammodo erat, voluerit se extra seipsum effundere; suaque omnipotentia modum quendam immensitatis ostendere, assistendo hominibus, seipsum illis coniungendo, & ad illorum intima penetrando: vt ex hoc illi aduertant, eius in se amorem & bonum, quod illis communicare desiderat? Si verbū quod exit ex ore tuo, cū sit reuera corporale, & non nisi vnum, ita effunditur & penetrat aures mille hominū, illud percipientium: quid magnum est, si Dei verbum caro factum, etiamsi vnicus tantum sit Christus, ad multos homines intrare, & cum eis vnire se possit. Est enim verbum omnipotens, & Maiestatis immensa; ideoque quod mandat, fit; & quod iubet, executioni mandatur. Et quemadmodum facere potest, vt sit Creatura, quæ non erat; & vt non sit, quæ erat: ita potest eam permutare, sicut volet, vt eam, & per eam ingredi possit pro libitu suo.

**C** O N I C E oculos tuos ad reliqua, quæ fecit ipse in mundi exordio: &

intel-

intelliges, quàm sit possibile, quod in Sanctissimo hoc Sacramento geritur: modò oculos habeas puros, cœlestique lumine ad ea benè cognoscenda illustratos. Non enim absq; mysterio est, quod primo die dixerit DEVS: *c fua lux: & facta est lux: & dixit sic lucem à tenebris. appellavitq; lucem diem, & tenebras noctem.* Hoc enim nobis significare voluit, quod sicut cœlo & terra, quæ creauerat, non potuissimus frui, nisi lucem statim creasset, qua ea videre & cognoscere possimus: Ita supernis diuinitatis & humanitatis Christi mysterijs, & operibus, quæ fecit, gaudere, & frui non possumus, nisi lucē ille in intellectu nostro creet, qua illa credamus, & cognoscamus. d *Vanum*, inquit Dauid, *est vobis an e lucem surgere.* sine qua nec laborare quis potest, nec vile quid agere. Hac luce incipiunt fideles ab infidelibus; iustique à peccatoribus diuicerni. Illi enim sunt filij lucis, hi tenebrarum; illi in die ambulant, hi impingunt de nocte illi hac luce credunt, quòd Christus DEVS noster sit Omnipotens, ad conuertendum panem in Corpus suum; & vinum in suum Sanguinem: Ideoque seipos excitant, vt tanto bono oblato fruantur; alij verò *erebelles lumini*, excæcati sunt, ne id credant, nec eo frui velint. Denique hæc lux est fortissimum aliud argumentum ad veritatem diuini huius Sacramenti confirmandam: sine huiusmodi enim de cœlo delapsa luce impossibile fuisset, tot homines, qui hæctenus in Ecclesia fuerunt, sanctos, sapientes, nec passione aliqua, nec lucri alicuius intuitu ductos, sensus suos abnegare voluisse, & summa firmitate ac certitudine credidisse, quod hic panis & vinum esse videtur, non id esse; sed verum corpus & sanguinem IESU CHRISTI. Quæ enim humanæ rationes talibus viris ad id persuadendum sufficissent, nisi fidei ipsius lumen eam veritatem eos docuisset; & ipse DEVS omnipotenti suo verbo id illis persuasisset? Vt meritò dixerit Sanctus Bernardus, diuinæ omnipotentiae miraculum esse, quòd fides cum humano intellectu coniungatur: per quam coniunctionem possumus credere, eam esse veram; siquidem solus DEVS eam potest perficere.

Ab hac itaque luce deductus, perge ad considerandum, quod reliquis diebus DEVS fecit: & videbis, si in secundo die, solo verbo suo fecit *f firmamentum*, quod tantam aquarum molem aded vnitam separaret, *aquasq; quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant firmamentum, diuideret*: mirum non esse, quod eodem omnipotenti suo verbo in sacra ipsa hostia firmamentum ponat corporis sui cœlestis vnionem illam & connexionem diuidendo, quam panis accidentia cum sua substantia & vini, cum sua habebant. Et si visibilis hic sol radijs suis terrestres aquas in subtilissimas nubes conuertit, crassum à subtili separando: quid mirum si iustitiae Sol radijs suæ omnipotentiae crassam panis substantiam in corpus suum glorificatum, & quodammodo spirituale factum, conuertat, in gratiam, & magnam

c Genes. 1. 3  
Lux terram  
& mentem  
nostram il-  
lustrat.

d Psal. 126 2

Iob. 14. 13

Fides maiorem.

Serm. 3. in  
Vigil. Nati.

3.  
f Gen. 16.  
Sacramen-  
tum est fir-  
mamentum.

lumentis vnitatem : separaudo pretiosum eius à vili , & spirituale à carnali?

4.

Quid autem de ijs, quæ DEVS tertio die fecit, dicemus, in quo partem aridæ terræ in plantarum multitudinem conuertit, ad viuentium alimentum? Et eodem die formauit Dominus DEVS in ipsa terra paradysum voluptatis, in quo creaturus erat hominem: cuius terræ particulam conuertit in arborem vitæ, quæ in medio erat paradisi, vt fructus eius immortalẽ homini vitam impartiretur. Quid ergo mirum erit, si magnus idem DEVS substantiam panis in hanc vitæ arborem, Christum IESVM, conuertat: vt sit nutrimentum & aterna vita comedentis? non erat rationi consonum, quod Ecclesia paradysus careret sua arbore vitæ, ad suorum filiorum alimentum ac delicias; nec impossibile erat, alimentum corporale, & ordinarium hominum, panem scilicet, conuerti prodigiosè in arborem vitæ, quæ nutrimentum esset spirituale, & ordinarium iustorum.

5. Sacramentum est Arbor Vitæ.

5.

g gen. 1. 20.

24.

h Cep. 2. 7.

21.

Lib. 4. de

Sacram. c. 4.

S. Thom. 3.

p. 9. 75. a. 8.

Homil. de

Prodi. Iu

da.

i Gene. 1. 28.

Ex elemẽ

tis format

Deus cor

pora.

SED vltius adhuc Dei Omnipotentia progreditur in his naturalibus conuersionibus. Nam solo suo verbo partem *aquarum* conuertit in *pisces & aues*; partem verò *terra* in varia terrestria *animalia*; & ex parte aliqua *limi* formauit corpus *Adami*, & *inspirauit in faciem eius spiritaculum vitæ*: ex cuius *costa* edificauit corpus *Euæ*: quis igitur negauerit posse Deum, vt Sanctus Ambrosius ait, ex eo quod panis erat, facere corpus Christi? si enim verbum Dei potuit facere in momento, quod semina in multis mensibus & annis faciunt, & ex terra particula, aut aqua absque semine formare potuit perfectissima corpora: etiam nunc poterit panem in perfectissimum Saluatoris corpus conuertere: non quod tunc primum esse incipiat, quod non erat, sed quod substantiæ panis succedat sub eius accidentibus. Et, vt ait Sanctus Chrysostomus, quemadmodum verbum illud, quod in principio mundi dixit DEVS: *increscite & multiplicabimini, & replet e terram*; semel tantum ab ipso Deo prolatum, suum hucusque retinet effectum, concurrente naturâ ad rerum omnium generationem: Ita etiã verbũ illud CHRISTI Domini: *Hoc est corpus meum*; quãuis semel tantum ab ipso prolatum, in hodiernum vsque diem, & ad finem vsque mundi Ecclesiam replet diuino hoc Sacrificio & Sacramento; accedente tamen Sacerdotis consecratione, qua verbum illud Christi in eius virtute repetit.

### §. 2. Mirabilia veteris Legis.

PERGAMVS ad mirabilia & stupenda Legis veteris, ex quibus valde credibile fiet, quod Noua de hoc diuino Sacramento testatur.

Quo

Quod Sanctus Cyrillus Alexandrinus grauissimis his verbis prosequitur. Animus malignus quæcunque non intelligit, statim tanquam friuola, falsa- que per arrogantiam eiecit; nulli cedens, nec aliquid supra ipsum esse existi- mans: quæies Iudæos fuisse cõperiemus. Nam cum oporteret eos, qui diui- nam virtutem Saluatoris ac potestatem, signorum miraculo perceperant, sermonem eius libenter suscipere: & si qua difficulta videbantur, eorum so- lutionem quærere: contra omnino faciunt. Et a *quomodo potest hic carnem su- am nobis dare*: de Deo non sine magna impietate conclamant, nec in mente venit: nihil esse impossibile apud Deum. Nam cum b *animales* essent ( vt ait Paulus *spiritalia* intelligere nõ poterant: Sed fatuitas quædam, tam magnũ sibi videtur mysterium: sed nos magnum, quæso, à peccatis aliorum profe- ctum faciamus, & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunquam in tã sub- limibus rebus illud, *Quomodo*, aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicum e- nim hoc verbum est, extremi supplicij causa. Idem Nicodemus etiam cum diceret. c *Quomodo hæc fieri possunt?* merito audiuit. *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?* aliorum igitur vt diximus, culpa perdocti, cum Deus operetur, non quæramus *Quomodo*, sed operis sui viam atque scientiam illi soli conce- damus. Ita profectò nos affici per Prophetam Isaiam Dominus ipse hor- tatur. d *Non enim sunt consilia mea,* inquit, *vt consilia vestra, nec sicut via vestra, via mea sunt, dicit Dominus: sed sicut exaltatur cælum à terra, sic exal- tate sunt via mea à viis vestris, & cogitationes mea à cogitationibus vestris.* Qui autem sapientia & virtute aded excellit: *quomodo* non operabitur ita miraculosè, vt operum suorum ratio mentem nostram effugiat? Non- nõ vides, quid sapenumero mechanici faciunt? Incredibilia videntur nobis nonnunquam enarrare: sed tamen, quia similia ipsos fecisse vidi- mus: posse peragi ab ipsis facile credimus. *Quomodo* igitur summis cru- ciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contem- nunt, vt *quomodo* in operibus suis dicere audeant? quem totius sapientia largitorem esse non ignorant: quem omnia posse Scriptura nos docuit. Si verò tu o Iudæ, *quomodo* etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego quoque sequutus, libenter *quomodo* ex Ægypto exiisti, rogabo; quomo- do in serpentem Mosaica fuit virga conuersa? quomodo lepra manus af- fecta, vno momento temporis, in pristinum statum restituta iterum fuit? quomodo in naturam sanguinis aquæ transierunt? quomodo patres tui per media maria, vt per aridam effugerunt? quomodo per linguam ama- ritudinis aquarum in dulcedinem recidit? quomodo è lapide fontes aqua- rum fluebant? quomodo stetit Iordanis? quomodo solo clamore inexpug- nabilis Iericho cecidit? Innumerabilia sunt in quibus si *Quomodo* qua- ris, vniuersam euertere tibi Scripturam necesse erit; Prophetarum

Lib 4. in

Ioan. c. 13.

cc

cc

cc

cc

a Ioan. 6. 5. 3.

cc

cc

cc

b 1. Cor. 2.

14.

Quomodo?

Verbum

Iudaicum

cc

c Ioan. 3.

9. 10.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Miracula

V. T. sta-

nent.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc



doctrinam, & ipsius Moyſis ſcripta contemne, aut conſtere omnipotentiam Dei, qui potuit illa facere, quia voluit. Quare credidiſſe Chriſto potiùs oportuit: & ſi quid arduum videbatur, ab eo humiliter petere, quàm veluti remulentos exclamare: *quomodo poteſt hic no bis carnem ſnam dare . . . d manducandum?* Non itaque amplius hoc dic aſ: ſed demifſe ſupplica; id vt velit tibi declarare, ſubijciens tuum iudicium eius dictis. Hæc ferè Sanctus Cyrillus.

*Lib 4 de  
Sacram. c. 4.  
c. 5. de  
ijs qui my-  
ſterij in-  
ſtantur.  
Manna.*

E ADEM proſequitur Sanctus Ambroſius, plura alia miracula addens à Cyrillo prædictis, ad cuius imitationem licet etiam interrogare. Quomodo Manna deſcendebat quotidie de cælo mane, præcedente rore ad inſtar pruina? Quomodo Sol iſtud diſſolvebat in pœnâ negligentium: quod tamen ignis condiebat in alimentum diligentium? Et quomodo cum omnes eandem colligebant menſuram, nihil tamen ſupererat, aut deerat ex ijs, quæ illis erant neceſſaria? Quomodo vermibus ſcatebat die ſequenti Sabbatho tamen non corruppebatur, quod pridie fuit collectum? Quomodo, cum vnus & idem eſſet cibus, vnamque tantùm haberet naturam, & proprium ſaporem; omnium tamen ciborum ſapores in iuſtorum delicias continebat? Si igitur omnia hæc poſſibilia fuerunt omnipotentia Dei, volentis id ita fieri, vt populo, licet ingrato, rebeli, & beneficium non agnoſcenti indulgeret: cur non ſit poſſibile eidem diuinæ Omnipotentia, quod de hoc diuino Sacramento nobis reuelauit: vt populo Chriſtiano ſingulari hoc beneficio indulgeret? Si tot magnalia potuit, voluitque facere DEVS in eo cibo, qui CHRIS TI Domini noſtri fuit figura: quanto ampliora poterit, volētque in eo cibo præſtare, quem ipſemet CHRISTVS tribuit: eſtque ipſamet veritas, quam illa figura referebat? a Patres noſtri omnes (ait Apoſtolus) *eundem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt, bibeant autem de ſpiritu ali conſequentes eos Petra, petra autem erat CHRIS T V S.* Illi manna comederunt, nos panem viuam, quem manna referebat: illi aquam bibeant de petra, nos ſanguinem bibimus de viuâ petra, quam illa ſignificabat. Non igitur porrigit nobis in hoc Sacramento purum panem, & purum vinum, quæ figura ſint corporis & ſanguinis eius: ceſſauit enim figura; ſed verum corpus & ſanguinē, per cibum illum & potum figurata. Nam vt rectè Theophylactus perpendit: non dixit Chriſtus D. N. *come dite & bibite*, hoc enim eſt corporis & ſanguinis mei figura; ſed dixit, *hoc eſt corpus meū & ſanguis meus.* Sed quoniam omnibus affert horrore quædam, ſi hu nanam carnē comedere, talemque ſanguinem bibere cogitēt, voluit ipſe Dominus carnem ſuam accidentibus panis, ſanguinē verò vini accidentibus occultare: quæ ſunt aliàs cibus & potus hominū ordinarij: vtabſque villo horrore, magno verò noſtro commodo, illū ſub ſpecie illa, &

*a 1. Cor. 10. 3*

*Vmbra  
ſugat veri-  
tas.*

*In Marc. 14*

*Matth. . 6.*

*Ioa. 6.*

*Idem Da.*

*maſ. injeri*

*us cisandus*

igura

figura externa cibi ordinarij sumeremus. O sublimitatē charitatis Christi, qui, vt conuiuū ad eō diuinū nobis exhiberet, accepit ex figura, quod vtile erat relinquens, quod erat noxium. Noxium est rem absentem significare: vtile verò & commodum, rem præsentem ita occultare, vt ea frui sine horrore liceat. Stupendo enim quodam modo panis figuram cum suæ carnis veritate coniungit: vt figura quidem prouocet ad sumendum; veritas verò sumptionem reddat vtilissimam. Hæ sunt amoris adinventiones, quæ stulti mundi iudicio, stultitiæ existimantur: ignorat enim quid sit DEVM suas creaturas amare, suamque omnipotentiam in huiusmodi adinventionibus earum gratia excogitandis ostendere. Dauid (ait S. Augustinus) cum se videret in conspectu Regis Achis, extimuit valde; & vt se à morte liberaret, quia vitam suam charam habebat, finxit se insanū, immutando os suum, coram Rege, & (vt ipse Augustinus legit) *ferebatur in manibus suis*, quasi agredi tentaret, quod erat impossibile; & facere, quod stultitiam præ se ferebat. At verò bonus noster IESVS, vt nos à morte liberaret, veramque vitam nobis largiretur: præstitit reuera, quod fieri posse non videbatur: accepit enim se ipsum in manibus suis, cum panem quem in eis habebat, in suum conuerit corpus. delirium videtur esse amantis, mordere velle quem amat: quasi tentaret eū comedere. id ipsum tamē, vt Sanctus Chrysostomus ait, ingentis amoris est indicium. quos enim amamus, etiam morsu petimus, vt videamur eos velle comedere. Ideò S. Iob, ad ostendendum magnum suorum domesticorum erga se amorem, ait, consueuisse illos dicere: *quis det de carnis eius, vt saturemur*. Quod ergo Iob nō fecit, hoc fecit dulcis noster Iesus dans nobis ipsammet carnem suam in cibum, vt illa saturemur, in signū sui ingentis erga nos amoris; & eius, quem cupit, vt nos erga ipsum habeamus, oprantes eius carne saturari: vt cum Diuino eius spiritu coniungamur.

Ex his argumentum aliud non minus efficax deducitur, quā fuerint præcedentia, ad veritatem huius Diuini Sacramenti comprobandam; eosque conuincendos, qui verè DEVM amant. Vbi enim est amor, non dubitatur de effectibus, quos facit amans, quando potest vt voti sui fiat compos. Cum igitur amor, si vehemens est, cupiat si possit, eum comedere, quē amat: vt vnum & idem cum ipso fiat: quid mirum, si Christi D. amor, cuius potentia & sapientia est immensa, viam & consilium inuenerit, quo, qui ipsum amant, obtineant, quod oprant? Antiqui in figura tantum illum comedeant: quia eorum amor debilis erat: Iusti autem in lege gratiæ eundem in propria sua natura comedunt: quia eorum amor est vehemens, nec vmbri, sed veritatibus saturantur. Considera (ait S. Ambrosius) vtrum sit melius, manna, an Christi caro: illud erat è cælo, hæc autem de supra cælum & Domini ipsorum cælorum. Manna erat corruptibile: at Christi corpus est

Accidentium  
utilitas.

S. Augusti in  
Psa 33. Con-  
cio. 1. § 2.  
1 Reg. 21. 13.  
Collabebatur  
inter  
manus eorū,  
& impinge-  
bat in ostia  
portæ, desu-  
ebatque sa-  
liua eius in  
barbam.

Iob. 31. 31

Amor  
Christi, ip-  
sum vertit  
in cibum.

Lib. de ijs.  
qui myste-  
rijs insistant.  
9.

incorruptibilis & qui illud, ut oportet, gustauerit, à corruptione liber erit, Illud erat umbra, hæc est ipsa veritas. quod si umbra aded in admirationem rapit: quanto magis rapiet ipsa veritas, cuius illa erat umbra?

§. 3. *Mirabilia legis Nouæ.*

*Incarnatio.*

*a Luc 1. 34.  
Lib. 4. fidei  
Orthodoxæ  
c. 14.*

*b Psal. 32. 6.*

*Ignis diuinus.*

*c Exod. 3. 3.*

**S**E d omiſſis Teſtamenti Veteris umbris, veniamus ad ſtupenda, quæ ſunt in lege noua. quorum initium (ut idem S. Ambroſius expedit) fuit cum quadam mutatione, ſupra omnia, quæ in ipſa natura eſſe conſueuerunt prodigioſiſſima. Nam hoc ipſum Seruatoris noſtri corpus, quod eſt in hoc Sacramento, fuit in vtero Virginis ſacraſſimæ efformatum non vllius viri opera, ſed virtute Spiritus S. per quam etiam in Sanctiſſimo hoc Sacrameto conſtituitur. Virgo non incredula, ſed cum humilitate & prudentia Angelum interrogauit: a *quomodo fiet iſtud.* quod ſcilicet conceptura & paritura ſim filium, *quoniam virum non cognoſcam:* & reſpondit ei Angelus: *Spiritus S. ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obrumbrabit tibi.* Eum in modum ait S. Ioannes Damascenus: ſi me interoges, quomodo panis mutetur in corpus Chriſti, & vinum cum aqua in eius ſanguinem? reſpondebo tibi: Spiritus S. obumbrat, & hæc omnia facit, ſupra id quod dicere, poſſumus aut intelligere. Si *b verbo Domini caeli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et ipſum Diuinum verbum volens fieri homo, accepit ſibi ex puriſſimo ipſius virginis ſanguine corpus, abſque vllius viri opera: cur non poterit panem & vinum in ſuum corpus & ſanguinem conuertere? Et quæadmodum panis, quæ tu comedis, vinumque quæ bibis, vi naturali in corpus & ſanguinem tuum conuertuntur, nec aliud corpus ſit de nouo, extra illud, quæ prius habebas. Ita panis & vinum virtute Spiritus S. in ipſa conſecratione conuertuntur ſupernaturaliter in ipſum corpus & ſanguinem, quæ habet ipſe Saluator: quamuis modo diuerſo. De quo modo ſi quæras quomodo ſit, eſſe ve poſſit, ut vnũ idemque corpus ſit in celo & in terra, & varijs eius partibus; totumque integrum in hoſtia aded parua, & in qualibet eius parte: ad id etiã reſpondebo. Spiritum S. hic etiã adumbrare, ſuaque omnipotentia oſtendere: eius. n. verbo viuũ eſt efficax, ſummeque potens. ſed, ut idẽ S. Ioan. Damasc. ait, modus eſt inſcrutabilis. Satis itaque tibi ſit noſſe: quæ ibi eſt, nõ eſſe purã carnẽ, ſed vnitam cum verbi æterni, & Omnipotentis Diuinitate, ſicut accenſus carbo eſt cum igne coniunctus. Quod ſi ignis aded eſt efficax, ut naturã aliam in ſuã poſſit transformare: quid mirum quod ignis Diuinitatis cum corpore Saluatoris vnitus, panis ſubſtantia in ipſius corporis ſubſtantia tranſmutet? nõ tamẽ mutatis externis accidẽtib; ſed ſub eis, pro ut libuerit, ſe ipſum collocando. Nam Diuinus hic ignis vrit quæ vult, intacto relicto, quæ nõ vult. quæadmodum ignis ita ſe cum rubo coniunxit, ut *e rubus* quidem arderet, nõ tamẽ *cõbureretur.* Ita Diuinus hic ignis, cum panis accidẽtib; ita coniungitur, ut licet ſubſtantia conſumat, cui illa adhærebãt: illa tamẽ nõ pereãt,

ſed

sed seruatur. Hinc fit, vt fides mysterij Incarnationis fidē confirmet Eucharistia: incōparabiliter. n. maior est distantia inter Deū infinitū & hominem finitū, quā sit inter panē & carnē, cum vtraq; res sit creata. Si igitur Deus primā illam coniūctionē sua omnipotentia perfecit; & infinitus cū esset, non est dedignatus hominis naturā sibi cōiungere, propriā eius personalitatem creatā impediendo, diuina verò personalitate eius locū subeundo; vt ita vnus esset Deus & homo: nō est magnū quid, quod hic Deus & homo cōiungere se voluerit, cum accidentibus panis, remouens inde substantiā, quae ibi erat, & in eius locū pretiosissimā suā carnē supponens, vt optimo, quo posset, modo vnum quid fieret cum omnibus hominibus. Nam (vt S. Thomas perpendit) nō decebat Dei Maiestatem, personaliter se vnire cum singulis, quemadmodū cum humanitate Christi se vniuit: nec eius charitas continere se potuit, vt solus vnus homo, tanto illo bono frueretur, nisi etiam ad ceteros aliquo modo deriuaretur. Ad hoc igitur celestem hanc viam & cōsiliū inuenit, vt DEVS & homo sub forma cibi se collocaret: quō ad singulos illi pateret aditus: & per hoc Sacramentū singulis se cōiungeret, per quā coniūctionem, celestem gratiae & charitatis suae vnionem illis communicaret. Multi (ait S. Chrysof.) modō dicunt, vellem formam & speciem eius, vellem vestimēta ipsa, vellem calceamenta videre. sed attende, quod ipsum vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Vestimenta eius desideras videre? ipse verò se ipsum tibi tradit, non vt videas solū: verū etiam, vt tangas, vt in te habeas. Hic. n. Dominus vniciq; se vult in hoc Sacramento coniungere: nec filios, quos genuit in cruce, nutrici alteri tradit nutriendos: sed ipse propria sua carne eos nutrit. vt intelligas, hanc carnem, quam à te accepit tibi tradere, vt ea nutriaris. Quis pastor vnquam membris suis oves suas nutrit; multae matres, post partum alijs nutricibus infantes dederunt: vt sui pectoris lacte eos nutrent. quod ipse facere noluit: sed proprio corpore nos alit & sibi coniungit, atque conglutinat. Tanta igitur charitate atq; honore affecti, non torpeamus. Nō videtis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiunt: qua pressione papillis infigunt labia? Non igitur minore cupiditate nos quoq; ad hanc mensam, & ad huius calicis spirituale accedamus papillam. imò verò maiori desiderio, quasi lactentes pueri gratiam spiritus sugamus. Vnus sit nobis dolor, vna mœstitia. si hoc alimento spiritali priuemur. Hæc in summa S. Chrysofotomus, qui os aureum appellari promeruit: eò quod diuino huic pectori illud coniunxit: ex quo eloquentiam hausit ad laudes eius, & magnalia prædicanda.

ALTIVS tamen adhuc de eisdē magnalib<sup>9</sup> sentiebat supremi huius Regis sponsa, cū diceret d *Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia unguentis optimis.* Quamuis enim his verbis sponsa præcipue petat

Diuini

*Opusc. 58. c. 5*

*Amor sapiens.*

*Hom. 60. ad popul. c. 83. in Matth.*

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Diuini verbi Incarnationem, quæ humana naturæ sese cōiunxit, æternæ quoque Patris reconciliauit; & amoris doctrinam, quæ præstantior est, quàm timoris, gratiasque ac dona, quæ illum comitantur, in mundum inuexit: Sed simul petit etiam Sacratissimum Eucharistiæ mysterium, quæ Diuini verbum incarnatum ori nostro coniungitur, per quod intrat ad interiora nostra: duoque vbera per vtramque speciem Sacramentalem (in quibus corpus eius, & sanguis continetur) ita nobis porrigit, vt eius gratiæ, charitatis, amabilis doctrinæ, & reliquarum gratiarum, ac donorum, quibus plena sunt, lac sugere valeamus. Et quamuis non semper nobis detur ad hæc vbera accedere, vt communicemus, eiusque lac sugamus: semper tamen licet odore, ex eis afflante, interiori confortari. Nam vbicumque illa sint, talem diuinitatis odorem spirant, vt sola præsentia sua aspicientes confortet, ac corroboret. Id enim insinuauit Saluator noster, cum dixit: *vbicumque fuerit corpus, illuc congregabimur & aquila.* Nam, vt S. Hieronymus ait quemadmodum aquila valde procul percipiunt odorem cadaueris, quo accepto, ad illud se conferunt, vt carnibus eius alantur: Ita animæ, quæ instar sunt aquilarum, odorem sentientes corporis Seruatoris N. in cruce pro nobis morientis: quod in hoc Diuino Sacramento tanquam mortuum nobis proponitur: ad illud perniciosissime volant, cum ingenti desiderio, vitam & nutritionem suam ex pretiosissima illa carne & sanguine sumendi,

§ 4 *Triples Sacra Eucharistiæ Finis.*

**T**RES potissimum fines licet ex his conijcere, ob quos voluerit Christus D. N. nobiscum in sanctissimo hoc Sacramento permanere. *Primus* est, vt spirituale esset animarum nostrarum nutrimentum, lac nobis vberum suorum offerendo, cum ipsum Sacramentum suscipitur. *Secundus* est vt esset sacrificium suauissimum, & immensæ suauitatis oblatio in suæ passionis mortisque memoriam: quemadmodum in ipsa MISSA offertur, quæ genus quoddam est vocationis & inuitationis ad sacram Communionem: Nam odor confortans donorum & auxiliorum cælestium, quæ Deus piè assistentibus huic sacrificio largitur, eos disponit ad sacram Communionem, vt eiusdem Sacramenti participes fiant. Quamuis autem ad vtrumque hunc finem consequendum satis fuisset Christum D. N. ad breue tantum tempus, dum scilicet consecratio, Sacrificium, & S. Communio peraguntur, nobiscum manere: at hoc non satis illi fuit, ad infinitam suam charitatem, & amorem erga nos ostendendum: sed voluit diutius, & quasi habitator in ipsis templis habitare, quamdiu Sacramentales species perdurarent: vt ad eius præsentiam pro remedio nostrorum malorum, & laborum consolatione accederemus; & corda nostra, orationesque in eius conspectu effunderemus; Et hic *Tertius* est finis institutionis huius Sacramenti. Quam-

uis

Os & vbera  
a SS. Sa-  
cramenti.

c. Mat. 24.  
28.  
Communio  
spiritualis.

1.  
Cibus ani-  
ma.

2.  
Sacrificium.

3.  
Præsentia.

uis enim ex ipso cœlo nos aspiciat, audiatque: At nos ex hac terra eum non videntes, quasi valde à nobis remotum habemus. Cum itaque nos corpori & visibiles effemus, voluit conditioni nostræ sese accommodare, & nobiscum sub corporali, & visibili forma inter nos ipsos permanere: ut propè existetem cernere, & alloqui, cum eoq; consuetudinè, & familiaritatè habere possemus: licet velo illo esset coopertus: Quid si dicas ad hæc omnia factis fuisse futuram imaginem & figuram eiusdem Domini in cruce pendentis, aut in cœlo glorificati, & regnantis. Id quidem satis fuisset, si ita ipse constituere voluisset: at infinita eius charitas omnipotentiam suam adhibere voluit, ut medio alio magis glorioso, q̄ eius Diuina Sapiencia adinuenerat, vteretur, maiori. n. honore decebat nos afficere in lege gratiæ, quàm in naturali aut scripta affecisset. In lege naturæ a *Melchisedech Sacerdos Dei altissimi panem & vinum obtulit*: idque in figuram (vt S. Patres interpretantur) oblationis: quam facturum erat Christus D. N. quem Dauid b *Sacerdotem æternū secundum ordinem Melchisedech* appellat. Cum igitur figuratum excedere debeat figuram, quemadmodum corpus excedit umbram, & res ipsa ac veritas, picturam: fit, ut quemadmodum Christus Iesus Sacerdos Summus, dignitate sue personæ infinite excedit ipsum Melchisedech: Ita etiā eius oblationis præstantia, & excellentia, debeat excedere oblationem illam Melchisedech ac proinde non debuit hæc oblatio Christi esse purus panis, & merum vinum: quia tunc nullo modo excessisset panem & vinum Melchisedech. Debit itaque maioris excellentiæ res aliqua offerri sub illa forma & specie panis & vini.

In lege quoq; veteri e *per singulos dies iugiter unus agnus mane, & pars decima simile, & tantundem vini Deo offerebatur*; & singulis d *Sabbathis* siue hebdomadis, *duodecim panes, ex simila*, qui panes propositiois vocabantur, præter alia sacrificia animalium, quæ diuersis anni temporibus offerebantur. Idq; totum fiebat in figura duplicis Sacrificij legis nouæ: alterius quidem cruenti, in quo ipse Christus D. N. se ipsum in cruce obtulit; alterius verò incruenti, in quo idem Christus D. N. sese offert, in forma & specie panis & vini. Pertinet igitur ad legis gratiæ excellentiam, ut quemadmodum cruentum eius sacrificium infinite excedebat antiqua: ita incruentum & quotidianum multò esset illis excellentius, quo sub panis & vini speciebus, caro & sanguis ipsiusmet agni qui tollit peccata mundi, offerretur, & sic quotidianum hoc sacrificium in dignitate corresponderet, essetq; par ei, quod pro omnibus fuit oblatum in cruce.

Denique cum Christus D. N. voluerit, in Ecclesia sua esse templum, in quibus adoraretur, & cultus seruitiumque à fidelibus ei exhiberetur, necesse fuit. horum templorum gloriam multò maiorem esse, quàm templi illius antiqui fuerit. non tam quo ad gloriam temporalem, quàm spiritualementem iuxta Aggei prophetiam de templo Ierosolomitano, quod tunc aedificabatur.

Veritas figuram superet.

a Gen. 14. 18

b Ps. 109. 4.

c Exo. 29. 38  
d Leu. 24. 7

Duplex sacrificium.

c Agge. 2. 10

Christus  
presens in  
templis no-  
stris.Hom. 24 in  
1. ad Corint.  
S. Sacra-  
mentum fa-  
cit è terra  
caelum.

f Mat. 6. 11

g Phil. 3. 20

a Apoc. 2. 17  
S. Aug. Bed.  
Rupr. Vega  
bid.

b Exo. 16. 31

dicentis: *e magna erit gloria domus istius nouissima plus quam prima.* scilicet Sa-  
lomonis. Id quod ad litteram impletum est, quemadmodum multi Doctores sen-  
tiunt: quando Christus D. N. in illud fuit ingressus. sua enim presentia mul-  
to maiorem illi addidit honorem, quam ante unquam habuisset. Cum igitur  
Ierosolomitano illud templum tanto esset in honore, propter arcam  
Testamenti, quae figura erat ipsiusmet Christi: aequissimum omnino fuit,  
ut templa nostra maiori in honore essent, in quibus altera arca noui Testa-  
menti esset: non iam ut ipsius Christi figura, sed in qua ipsemet Christus con-  
tineretur, ut adoretur, & obsequium ei praestaretur, ad quem tanquam ad  
refugij locum, cum maiori securitate fiduciaque accederent Christiani, quae  
solent Israelitae ad arcam illam Testamenti. Et ut semel concludam, dico  
cum S. Chrystomo: *dum in hac vita sumus, ut terra nobis caelum sit, facit hoc  
mysterium.* Idem. n. Dominus, qui sua presentia honorem caelo affert, laetificat,  
& gratia replet beatos: ipsemet est nobiscum in terra cum tota potentia  
& gratia sua, ut bonis suis nos repleat, & participes aliquo modo eius fa-  
ciat in terra, quod in caelo beatis communicat. Quamobrem si eius *evolun-  
tatem cupis fieri in terra, sicut fit in caelo, comede quotidianum hunc panem, que  
perere iuberis: ut illam exequaris.* Si vis sicut Apostolus *g conversationem in  
esse in caelis:* panem hunc substantialiorem comede, qui te supra te ipsum  
extollet: ut cum Angelis, & eorum Domino consuetudinem habeas. Ac de-  
nique, si cupis animam tuam fieri caelum: panem hunc caelestem comede, si  
enim thronus eius fueris, eris etiam caelum: incipiens statim in terram vitam  
illam delibare, qua speras te fruaturum in caelo. Haec summa est eorum: quae  
ad veritatem spectant: quam fides Catholica de altissimo, summeque vene-  
rando hoc Sacramento docet. cuius excellentias fusius in sequentibus capi-  
tibus ostendemus.

## CAPVT II.

*QUOMODO CHRISTVS D. N. IN HOC SA-  
cramento occultatus, per Fidem ac Meditationem, qu-  
sumq; & spiritualem Communionis fru-  
ctum cognoscatur.*

**I**NTER Fidei nostrae mysteria, quod maxime absconditum est, no-  
strosque sensus fugit, est sanctissimum Altaris Sacramentum, quod ip-  
se D. N. teste S. Augustino, in Apocalypsi a *Manna absconditum* ap-  
pellauit, innuens (ut Hugo Cardinalis perperdit) antiquum illud  
Manna, Israelitis in deserto oblatum, quod absconditum & Arcae Testa-  
menti inclusum intra Sancta Sanctorum seruabatur: sed multo tamen ali-  
ter. Illius. n. b *Manna* substantia erat res valde minuta, & quasi *seminis Co-*

riandri.

viandri, & ex se corruptibilis. Ideoq; vt à populo illo rudi pluris fieret, positum fuit *in arca confecta de lignis Setim incorruptibilis, laminisq; ex auro purissimo intus & foris cooperta, super quam etiam corona aurea, & propitiatoriu erat positum aureu, & duo Cherubin aurei ex viraq; parte propitiatoriu erant positi.* Nostri verò Manna gloria omnis, & pretiositas est abscondita & solùm operta tenuissimis quibusdam speciebus, siue accidentibus panis & vini, & quidem ex se corruptibilibus: at ipsius manna substantia infinita est maiestatis & granditatis: est arca viua noui Testamenti, còpacta & fabricata ex humanitate sacratissima Seruatoris nostri, & Diuina eiusdem persona: Est arcam glorificata, immortalis, & incorruptibilis, exornat autè exteriori corporis parte, splendenti quatuor gloria dotiù auro; in interiori autè parte anime multò pretiosiori auro beatitudinis supreme, & visionis clara ipsius Dei, ceterisq; scientijs, gratijs, & admirandis virtutibus, quas habet, estq; immensi honoris corona, ob illustrissimas, quas meritis suæ vitæ, in passionis ac mortis obtinuit, victorias coronata. & super omnia est vnita propitiatorio Diuinitatis: q̄ est ipsū aurū sapientiæ, & bonitatis essentialiter. Quā ob causam Christus Deus & homo est nostrum propitiatoriu, malorum nostrorum remedium; bonorum verò omnium fons & origo, gloriaq; & honor Cherubinoꝝ. oēs. n. Angeli eum adorant, eiq; ministrāt: & (vt S. Greg. ait) quando hoc mysterium peragitur oēs illi tanquam serui assistunt, & vt suum Regem stipant, parati facere quicquid iusserit. Hęc tamen omnis gloria in hoc Sacramento latet. non. n. potuissent oculi nostri in hac mortali vita tantam gloriam sine aliquo velo aspicere; nec admirandis eius finibus, commodisq; gaudere, ad quæ hoc Sacramentum dirigitur: nisi aliquo velo fuisset obuelatum. Quamuis idem Dominus viam & consiliu inuenerit; quo ita illum agnoscere liceret, vt & ipso, & predictis commodis frui possemus. Sed prius modum indicemus, quo se ipse occultat, & postea modos aperiemus, & vias, per quas deprehenditur. ad vtrumque autem cognoscendum, conijciendi sunt oculi in id, quod ipse Christus D. N. in cœna vltima, accumbens cum suis Apostolis mensæ fecit: volens enim in eorum præsentia venerandum hoc Sacramentum instituire. *d accepit panem & benedixit, ac fregit; deditq; Discipulis suis dicens: accipite & comedite: hoc est corpus meum. hoc facite in meam commemorationem.* Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis dicens: *bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum:* & statim adiecit: *hoc facite, quotiescunque biberis in meam commemorationem,* aperte illis significans, potestatem se illis dare ad faciendum idem, quod ipse fecerat, eisdemque verbis, quæ ipse protulerat.

c Exod. 25.  
11. 17.

Diuersa  
cio vtriusque  
Manna.

Lib. 4. Dial  
c. 58.  
S Chrysof.  
lib. 6. de Sa-  
cerdoto.

d Mat 26. 26  
Mat. 14. 22  
e L. uc. 22. 19  
E 1. Cor. 11. 2



§. 2. *Verba ipsa Christi operiunt & aperiunt quod hoc Sacramentum in se continet.*

EX dictis itaque incipere licet, stupendum modum cognoscere, quo supremus noster Redemptor in Diuino hoc Sacramento se operit, & occultat. adhibens tanquam instrumentum, verbum illud Sacerdotis, quod dicit super panem, videlicet, **HOC EST CORPUS MEUM**, & super vinum: **HIC EST SANGVIS MEVS**, qui principaliter est verbi ipsius Diuini sermo, de quo ait Apostolus. *a Vini est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem anima ac spiritus, compagum quoque ac medullarum & discretor cogitationum & intellinum cordis.* Et hac Omnipotentia ipsi verbo exteriori inclusa, (vt S. Ambrosius ait) penetrat vsq; ad interiora panis, vbi scindit, separat, diuiditq; substantiam ab accidentibus; eam omnino destruens, & in nihilum redigens: accidentibus tamen integris relictis: sub quibus verum ipsius **IESVS CHRISTI** corpus absconditur, concomitantibus illud etiam sanguine anima, ac diuinitate, quæ omnia sunt in illo coniuncta, & sic confectum manet Manna absconditum, vt saturitatem & refectionem, cum ineffabili dulcedine, & suauitate suis electis præbeat.

Et hæc est prima victoria, quam supremus hic noster Capitaneus obtinet, vt se in hoc Sacramento abscondat. nam vt ipsemet alia occasione dixit: *b cum fortis armatus custodit aurium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior superueniens vicerit eum, & uniuersa arma eius auferet, in quibus consistebat, & spolia eius pro libitu distribuet.* Erat panis & vini substantia tanquam fortis quidam armatus multis accidentibus & qualitatibus, quas natura illi dedit, vt sub eis se tanquam in propria domo conseruaret: Sed venit e cælo Christus Deus Omnipotens, qui diuini sui verbi gladio in momento eam vincit, & ex propria domo eijcit, retinens sibi spolia accidentium, sub quibus se ipsum abscondat, cui propterea optime competit nomen, quod Isaias illi imponit, cum dicit: *c verè tu es Deus absconditus.* nunquam enim Deus ita fuit absconditus, atq; est in hoc Sacramento. Valde quidem se abscondit, cum d *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus vi homo:* at multò amplius se in hoc Sacramento occultauit: cum ad eò se exinaniuit, vt solis panis & vini accidentibus sese cõtegeret. Per incarnationem ingressus est mundum, abscondendo se in utero vnius virginis; vt in lucem inde prodiens, cum hominibus cõuersaretur: at hic in mundum venit sub forma cibi absconditus, vt multò adhuc magis se abscondat intra hominum viscera; vt seorsum eum singulis de ijs agat, quæ alias publice & manifestè agebat cum omnibus. Quando se ad passionem offerebat eò vsq; peruenit (ait Isaias) *vt e eius vultus quasi absconditus esset, ac despectus ab hominibus, vnde nec hominè eam reputabant,* donec eius corpus absconditum fuit in sepulchro, & anima

descen-

a Heb. 4. 12  
Ephes. 6. 17.

Lib. 4 de  
Sacram. c. 4

1.  
b Luc. 11. 21  
Christus  
substantiam  
panis eijcit.

Deus ab-  
sconditus.  
c Isa. 45. 15.  
d Philip. 2. 7

e Isa. 53. 3.

descendit ad lymbum. At in hoc Sacramento omnino habet vultum hominis ita absconditum, vt plurimi eum reputent merum panem: & sepelitur in obscuro quodam ventre, & nonnunquam alicuius peccatoris, qui est instar inferni. Denique tempore vite, passionis, ac mortis suæ, etiamsi eius diuinitas valde esset abscondita: signis tamen externis aliquo modo sese prodebat, in grauitate, & modestia vultus; in heroicis, quæ faciebat, operibus; in patientia inuicta circa res, quas tolerabat: at in hoc Sacramento nulla sunt externa signa in accidentibus panis & vini, quæ aliud prodant eius, quod in se continet; & distinctum appareat ab eo, quod antea continebant, *fructus tuus Deus absconditus, Deus Israel Saluator.* dissipas enim aspectum nostrum inaccessibili tuæ diuinitatis luce; & rebus illis, quas in tua humanitate fuisti perpeffus; & hac figura, quam nunc accipis, vt noster fias cibus. Sed omnia hæc edirigis, vt noster fias Saluator, salutem nobis hoc modo tribuens, & redemptionem.

SED quamuis valde se abscondat, aliquid tamen semper relinquit, quod illum prodant: bene conscius, quod, (vt ait Ecclesiasticus) *gibefaurus inuisus nullam utilitatem affert possidenti.* si enim eum non nouit, non poterit eo vti in suum commodum: & quantumuis delicatus, & pretiosus sit cibus: quamdiu intra putamen, durumve corticem continetur, non potest degustari, donec aperiatur. Quare si proponatur in mensa ouum in cortice, aut malum granatum, aut nux aliqua non fracta, in quibus quod sumendum est later: necesse est frangere, aut diuidere, vt degustari possit. Quis igitur diuinum hoc Manna absconditum nobis aperiet? nisi gladius verbi Dei, qui etiam diuisionem fecerat, vt ipse Dominus ibi absconderetur? Verbum illud omnipotens quod dicit: *Hoc est corpus meum* efficit, quod significat: & id significat, quod facit. Ideoque dum corpus Christi sub panis accidentibus abscondit, simul ostendit & manifestat, ibi non amplius esse substantiam panis, sed ipsiusmet Christi substantiam.

Et hæc est altera valde gloriosa victoria; quam supremus noster Capitaneus obtinet aduersus hostes huius manifestationis: quorum antesignanus est *proprium iudicium*, quod à corporis sensibus gubernatur. *Oculi* enim illi dicunt: nos colorem & figuram panis videmus; *auris*, quando frangitur, panis strepitum audimus; *odoratus & gustatus*, odorem & saporem panis percipimus & *tactus* idem confirmat dicens: omnes qualitates quas tango, sunt panis. Ex quo *proprium iudicium* tumens & superbu deducit: nihil ergo ibi est, nisi panis: accidentia enim indicant substantiam, cui adhærescunt. Sed contra huiusmodi hostes prodit in campum, & pugnam ipsemet Dominus, qui manna absconditum promisit, munitus gladio, de quo S. Ioannes, quod *hæc de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus: vt*

Isai. 45. 15.

g Eccl. 20. 32.

Verba Christi  
si presentia  
produunt.

2.

Christus expugnat proprium iudicium sensuum.

h Apoc. 19.

*i Apoc. 2. 16.*  
*Pugna verbi Dei cum sensibus.*  
*k Heb. 4. 12.*  
*l Gene. 1. 3.*  
*m Ioã. 2. 9.*  
*n Gen. 27. 1.*  
*Christus Iacob reclus.*  
*Homil. 83. in Matth. 60. ad populum.*  
*Judicium proprium saepe fallitur.*  
*o Matth. 10. 34.*  
*Luc. 12. 51.*  
*Duplex separatio.*

in ipso percussat gentes. & in alio loco ipsemet Dominus *pugnando* (inquit) cum hostibus meis *in gladio oris mei*; illos cōvincens ac dissipans diuino verbo meo. Quid ais o proprium iudiciū, cum quinq; carnalibus tuis sensibus; in quo confidis; ais, sub illis accidentibus in hoc Sacramento manere panē; deciperis; & valde erras; nam, *hoc est corpus meum*. non itaq; panis ibi est; sed corpus meū. Ego sum fidelis, & in dictis meis verax; ego, nec decipere quēquam, nec ipse decipi possum: sum omnipotens, vt quicquid volo faciam; nec potest quisquā infinitā meā potentia resistere. Verbum meū, & *k sermo meus, viuus est, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti*, vt faciam *diuisionem* quācunq; voluero, & pro libitu meo. Cū primū dixi:  *fiat lux, facta est lux.* cū volui, *in ex aqua vinū* facere, statim fuit factū, ego congressus sum cum forti armato, cum substantia scilicet panis; eumque huius mei verbi omnipotentia ex domo sua expulsi; eius spolia mihi retinens, quibus me contererem: Quod iam vides, quod olfacis, quod gustas, & tangis, spolia sunt panis: intus autē non panis latet, sed corpus meum. Si corporis tui oculi nō caligant sicut *Isaac, tangensq; manus Iacob pilosas*, dicis: *manus esse Esau*. Audi verbū quod loquitur, & vocem in auribus tuis sonantem, & mox te ipsum corriges, dicesque, etsi *manus sint Esau, vocem tamen esse Iacob*. Attende, diuinum hoc Manna, absconditum esse aspectui, & reliquis corporis sensibus: a quibus si perimittas te duci, dices esse manus, esse instrumenta, & accidētia folius panis; sed adhibe non solum corporis, sed animā quoque aures, verba quā ego loquar, & quā fides ipsa te docet: & intelliges, pilosas has manus alterius esse, quam primo intuitu videatur. pellis quidem panis est: sed sub ea latet verus Iacob, luctator omnipotens, qui in conflictu & lucta legitima panem ipsum vicit, armaq; eius ac spolia retinuit, quibus se cooperiret. Hac igitur ratione. Christus D. N. verbis in Euangelio Ecclesiae suae reuelatis aperit & manifestat, quod sub cibi huius visibilis cortice latet. Eisdem autē verbis ( vt S. Chrysof. ait ) vincendum tibi est, & mortificandum iudiciū tuū proprium, & naturalis ex sensibus deductus discursus: quia proprium iudiciū passim, & multis in rebus decipitur: ideoq; meritō captiuandum in obsequiū Fidei; & abnegandū, ac reiiciendū in ijs, quā sentit, ac iudicat: vt sic admittas, & credas, q̄ ipsa fides te docet, & Ecclesia sancta credendū proponit. Cogita, supremum hunc ducem, cū ad hoc Sacramētum venit, hāc tibi in suo ingressu dicere:  *non veni pacem mittere; sed gladium, sed separationem.* venio enim ad faciendam duplicem separationem, vtramq; omnipotentia meā propriā; alteram in pane, dissoluens vnitionem; quam eius substantia cum accidentibus habebat; alteram in humano intellectu, coniunctionem illā dissoluens, q̄ habuit cum suis sensibus vt ab eis recedat, credatq; quod illi non assequuntur; & sese subijciat dedatq; ijs, q̄ ego dico.

SED quamuis Dei verbum, quod hies nobis proponit, vere sit gladius ad prædictam separationem, & manifestationem faciendam: necesse tamen est huius gladii aciem de nouo exacuerè, vt exteriori, quam sensus percipiunt, specie & facie superata, progressus fiat ad id, quod interius est, & illis absconditum, aspiciendo illud mentis oculis cum magna viuacitate ac certitudine, quæ præcipue oritur ab *illustratione spiritus diuini*, cuius lux fidem ipsam illustrat, omnesque eius dubitationes explanat, multoque magis certam eam reddit, ac securam in eo, quod credit, quam si oculis ipsis illud videret. agens sicut alter p. *Moyfes cū inuisibili*, atque si eum clarè videret. Hac insigni illustratione adeo mirabiliter CHRISTVS Seruator noster in nocte vltimæ cænæ intellectum rudium illorum piscatorum in momento illustrauit, vt statim, atque verbum sui Magistri audierunt. *Hoc est corpus meum*: sese dederint, & certissime, ac firmissimè crediderint, eundem ipsum Dominum, quem visibiliter ad ipsos loquentem audiebant, absconditum esse, & inuisibiliter latere, sub illis accidentibus panis, quæ in suis manibus habebat. tantamque reuerentiam, & astimationem conceperunt, vt nullus eorum auderet accipere & comedere; nisi ipsemer Dominus & Saluator id iussisset, & ad faciendum animasset. Hæc illustratio singularè est spiritus S. donum. & quoniam est eius verbum internum, est etiam gladius biceps; qui stupendas facit diuisiones, & arcana admiranda reuelat, vincens quascunq; difficultates. Sed licet Spiritus diuinus eam comunicet, quando, & quomodo, & quibus vult: refert tamen plurimum ad eam suscipiendam, meditationi studere, vt fidem ipsam extimulet, & illustret, penetrando amplius, quod ipsa de hoc Sacramento reuelat. Meditationis enim munus, ait S. Bernar. esse, res occultas manifestare, secretari abscondita, clausos libros aperire, & secretissima arcana penetrare, accedente illustratione cœlesti, quæ eius conatus foueat. Et hac ratione agnoscit absconditum illud manna, & quod sub albo illo velo occlusum continetur, vt in subiiciendis considerationibus paulatim proponemus.

*§. 2. Ex delectationibus & fructibus, quos sentiunt, qui Sacramentum ipsum suscipiunt, veritatem eius manifestari.*

QUAMVIS multum proficiat Meditatio in magnalium huius Sacramenti cognitione, adhuc tamen Manna manet absconditum. Est enim idem ipse Dominus, qui illud promisit futurum, & præmonuit, cum dixit: *neminem illud scire, nisi qui accipit*. omnis enim cognitio, quæ rationationibus, & meditationibus innititur, exigua est, si eum ea conferatur, quæ ex gustu & experientia donorum obtinetur, quæ ipsum Sacramentum comunicat, cum suscipitur. Quod intelligemus ex eo, quod accidit Hebræis cū suo Manna. Nam initio erat illis res abscondita & occulta: venerunt autem

in eius

3.  
Illustratione  
S. Spiritus  
fides auge-  
tur.

p. Heb. 11, 27

Meditatio  
excitat.

Libr. de  
Considerat.

a. Apoc. 2, 17.

*Manna au-  
ditu & gu-  
stu dece-  
ctum.*  
b Exo. 16. 15.  
c Psal. 77.  
25.

dsapi. 16 21

*Auditu cre-  
ditur.*  
c Ioan. 6.  
33. 52.

*Gustatu ex-  
perimur.*

*Cassian Col-  
la. 21. c. 12.*

f Matt. 26.  
26.

in eius cognitionem, primùm ex *auditu*, deinde ex *gustatu*. cum enim rem valdè minutam, tanquam semen album in campo videret, nec scirent, quid esset: dixerunt ad inuicem b *Manhu: quid est hoc?* vnde res ista huc venit, & quorsum nobis datur: ad quam quæstionem, ex ignoratione ortâ, respondit Moyses: *iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendû.* Est enim c *panis cæli, & panis Angelorum*, dulcedine, & suauitate plenus: quo Moysis testimonio, quod aure acceperunt, magnam de Manna cognitionem & opinionem conceperunt: non tamen omnino nouerant, quid esset; donec illud colligentes, & pinsentes comederent: & ipso gustatu admirandam eius dulcedinem, & saporum varietatem experirentur. Nam cum vnicus tantum esset cibus, carnes sapiebat, pisces, & fructus, d *deseruiens vnus cuiusque iustorum voluntati.* & excellètem aded nouitatem sibi inauditam, & incogitaram admirati, dixerunt: *Manhu!* quid est hoc, quod percipimus? O quâ est dulcis & suavis panis hic cælestis, quem Deus nobis ad nutrimentum, deliciasq; nostras dedit! Hunc in modum sensim manifestatur Manna hoc sanctissimum, quod in hoc Sacramento latet: quod aded est occultum aspectui nostro, vt ipse solus nihil aliud præstet, (vt supra est dictum) quam dubitationes excitare, & mille quæstiones mouere dicens; *quid est hoc*, quod exterius video? nam quicquid video, res est minuta; & nihil nisi panis videtur: si autem aliquid latet, quid illud est? vnde venit? quorsum nobis datur? ad quas ignorantia quæstiones, respondet Fides per auditum ingressa: *c hic est panis, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo;* panis viuus, in quo est ipsa vita, quæ ab æterna morte præseruat. Sed postquam fides hoc dixit, & quicquid per auditum excipimus, adhuc exigua est cognitio ac breuis: nisi accedat gustatus, qui ipsum Manna comedat. delibata enim eius dulcedo, & mirabilium, quæ illa operatur, experientia, ineffabilem & stupendam eius excellentiam manifestat. Queadmodum nullus (ait S. Basilius) mellis dulcedinem in mensa propositi satis cognoscere poterit, etiâ si plurima de eo audiat: donec particulam eius aliquam delibet. Sic etiam diuini huius Manna suauitatem nemo satis cognoscet: nisi eam experiat, & gustet. Et propterea Christus D. N. in ipsa nocte cœnæ, cum hoc Sacramentum instituit, non satis esse existimauit verbo dicere: *hoc est corpus meum:* sed etiam præmisit: *accipite & comedite.* quasi illis diceret: cibus hic cælestis nõ proponitur, vt aspiciatis tantum; aut etiam adoretis: sed etiam vt illum sumatis, & comedatis: & ex affectibus, quos in animabus vestris efficiet; & sapore, quem vobis impertiet, agnoscetis immensam eius dulcedinem, diuinitatem, & omnipotentiam, quam continet. Cumque Apostoli, quod Magister obtulit, comediissent, tantum in seipsis sensum ex panis illius viui præsentia senserunt: quia tanquam viuens in eorum cordibus

feruebat; & stupetacti dixerint: quid est hoc? quis hic iapor? quæ auicedo, quæ efficacitas, quis hic feruor, quem intra nos ipsos experimur? Nulla lingua id sufficit declarare; nec vllus intellectus assequi, & cõprehendere. O si te magno feruore ad Cõmunionẽ præparares: vt DEVS delibandam tibi huius Manna absconditi suauitatẽ & sublimitatẽ percipere faceret! Abscõditum (inquit Richard.) appellatur hoc Manna, eõ quodd filijs huius seculi, tepidisq; verẽ sit occultũ: non verò filijs Dei & feruentibus. Abscõditum est ipsi carni, quæ illud non degnstat; sed non spiritui, qui delibat, eoq; recreatur. huic enim iam est aliquo modo manifestum; quamuis aded sit insolitum, quod sentit; vt rei nouitate admiratus dicat: quid hoc est, quod inra me sentio: quis cogitasset tantam Deum dulcedinem in hoc Sacramẽto possuisse? g *O quam magna est (ait David) multitudo dulcedinis tua, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Verẽ, ait S. Bernardus, ob Dei obsequium, non consolationes amittimus, sed commutamus: carnis scil. solatia, pro solatijs spiritus; dum Manna quidem dulcissimum; sed carni absconditum accipimus: non enim percipitur, nisi in secreto cordis tentationum igne purificati, postquam victoriam de eis reportauit. HÆ sunt in genere duæ viæ, ad cognoscendam huius diuini Sacramenti præstantiam: de quibus magis in particulari in sequentibus Capitibus differemus.

CAPVT. III.

PO NVNTVR SEPTEM CONSIDERATIONES RERVM omnium, quæ in sanctissimo Altaris Sacramento continentur.



VONI AM prima via ad perfectam diuini huius Sacramenti notitiam, & æstimationem, est Meditatio, & Contemplatio rerũ, quæ in eo latent, ad eum modum, quo fides Catholica eas reuelat, operẽ pretiũ erit, ab ijs inchoare, quæ per meditationẽ haberi possunt. Illa siquidem est, quasi *explorator* quidam, qui communicaturos præcedit, ad explorandum, quid in hac promissionis cœlestis terra inueniatur; & aliquid de eis fructibus per communionem, quam spirituale dicimus, adferendum. Quæ Communio spiritualis famem in nobis irritat, ingensq; desiderium excitat ad magis adhuc interiora ingrediendi, & Sacramentalem ipsam suscipiendi; vt fructus eius dulcissimos plenẽ degustemus. Ita, vt statim post Communionem, dicere liceat Meditationi, quod Samaritæ, postquã cum Christo sunt loquuti, mulieri Samaritanæ dixerunt, *a tam non propter solam tuam loquelam magnalia huius Domini credimus: sed etiã propter experientiam, quam in nobis sentimus, credimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.* Ex quo fit vt ipsa meditatio, plurimum iuuetaninẽ præparationem ad cõmunionem Sacram, fructusq; ex ea colligendos. Nam etiam in ea ignis accenditur affectuum, vt ipse cibus sit utilis iuscipienti &

Lib. de præparat. ad Cõtempl. c. 30  
Manna absconditum.

g Psal. 30.  
10.  
Lib. de Conuers. ad Cleric. 1. 25.

Meditatio explorat.

a Ioan. 4. 42

postea etiam adiuvat, ad agendas gratias, ob acceptos fauores & beneficia. Propter omnes hos fines subiiciemus hic septem Meditationes ex quibus hauriatur omnium magnalium, quæ in diuino hoc Sacramento continentur, plenior cognitio. eruntque tanquam fundamentum eorum, quæ de ipso ad nostrum institutum dici poterunt.

*Consideratio prima generalis de rebus omnibus, quæ in Sacra  
hostia & calice continentur.*

Pro die  
Dominico.  
Punctum. 1.

Summa li  
beralitas.

a Cant. 8. 7.

**P**RI MV M oculos fidei conijce in *quinque* res, quæ sub accidentibus panis & vini continentur: quæ veluti summa quadam, siue capita sunt omnium quæ in hoc diuino Sacramento inueniuntur: **CORPV** scil. **I**ESV Christi **D**. **N**. pretiosus eius **S**ANGVIS, **A**NIMA sanctissima, **M**ERITA eiusdem infinita & satisfactiones, ipsa denique æterni verbi **P**ERSONA cum tota sua **D**IVI-NITATE, in quibus rebus apparet infinita huius Domini charitas, & profusio. Nam suprema alicuius hominis charitas, & liberalitas in eò maxime eminet, quæ summum tribuat quod potest, & habet, idque cum amore ad eò perfectio, ut totum illud, *parum* illi esse videatur; aut ita illud, quasi *nihil* esset, occultet. non enim ob inanem ostentationem, sed ex puro, & mero amore illud largitur: iuxta illud quod dicitur in Canticis: *si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despicit eam*. O homo plusquam homo Christe Iesu, Deus & homo vere! quam accommodatè infinitam tuam charitatem nobis in hoc Sacramento manifestas! totam domus tuæ substantiam, nihil eius excipiendo, nobis tribuens! Hic enim tuam ipsam *domum*, tuum scil. corpus Sacratissimum nobis tribuis; *substantiam* quoque qua domus illa alitur, pretiosum scil. tuum sanguinem; *habitatorē* eius, sanctissimam animam tuam, ac diuinam tuam personam; *supellectilem*, qua illa exornatur; thesaurum, qui illam ditat, tuas scil. virtutes & merita infinita. Et cum donum hoc reuera sit infinitum: ita tamen illud occultas, ut parum aut nihil tibi esse videatur; siquidem illud inuoluis, ac tegis accidentibus vnius boli panis, & vnius sorbitiuncula vini: ut sic appareat te omnia ex amore, & ad infinitam tuam charitatem fidelibus tuis manifestandam effundere. Laudet te o Domine ipsa mer Charitas tua; & ob tale donum glorificet: illa siquidem sola hoc plenè facere potest. Sed quid meritò pro tanto dono offerre ego potero: en totam substantiam domus meæ, corpus, sanguinem, animam & totum me ipsum, cum omnibus meis fortunis, libertate; & omnibus, quæ vel nunc habeo, vel habere possum, tibi offero. Quod totum exiguum valde & quasi nihil est comparatione eius, quod tu mihi largiris, & quod ego offerre tibi cuperem: siquidem si plurima alia haberē, omnia simul offerrem. Ex nunc Domine cum Sponsa dicere statuo: *b dilectus meus totus mihi, & ego tota illi*, ille enim totum se in meum tradit nutrimentum: & ego me totam

eius

eius confectio seruitio: & cum ipse nihil eorum, quæ habebat sibi retinuerit, sed totum se dederit: nihil ego eorum, quæ habeo, retinebo mihi: sed quidquid illud est, ipsi ex nunc trado.

SED ulterius progreditur charitas, & liberalitas Saluatoris in his donis, & modo ea largiendi. multò enim plura largitus est, quàm promiserit; & quàm ad necessitates nostras reparandas erat necessariù. Promiserat quidè ipse, daturum se nobis, *carne[m] suã & sanguinem: ut non moremur, sed uiuere[m]us in aeternum.* ad quod suffecisset, si carnis suæ particulam, qualis illa fuit in eius circumcisione abscissa; & sanguinis sui guttam aliquam, qualis illic fuit effusa nobis reliquisset. Nam, cum iste partes infiniti essent valoris, quia caro & sanguis erant Dei, satis erant pro nostro remedio: sed quemadmodum infinita eius charitas non se ijs continuit, quæ fecit in circumcisione: sed voluit ulterius totam suam carnem in passione vulnerari, & cruciari, totumq; sanguinem effundi, ut eius redemptio esset copiosissima: ita etiam vult totam suam carnem, totumq; sanguinem ad nutrimentum nostrum nobis dare: ad maiora ostendenda indicia amoris, ac desiderij, quo tenetur, utilitatis & commodi nostri. Et similiter: quamuis ad veritatem verborum Consecrationis satis fuisset, nobis dare in Sacra hostia solum corpus, & in sacro calice solum sanguinem: voluit tamen, ut cum ipso corpore sanguis quoque, & anima coniungeretur; & similiter cum sanguine anima, & ipsum corpus: & omnia simul cum ipsa diuinitate coniungi: ita ut quicquid ipse habet, coniungatur cum omnibus quæ nos habemus; eaq; sanctificet ac perficiat, hac ratione nos obligans, ut sancti simus in corpore, & in anima, in carne, & in spiritu: & ut liberaliter illi offeramus, non solum quod iubet offerri; sed etiã quod vel tantum consulit. O DEVS liberalissime, cuius liberalitas nostram omninò obscurat: eò quòd tanta tua liberalitate, ad eò nos tibi reddas debitores, ut quicquid pro gratiarum actione offerre possumus, quasi nihil esse videatur! Quid, n. dare tibi possumus quod tuum non sit? & quid offerre, quod non ex obligatione debeamus? accipe Domine, quod mihi dedisti, ad eò .n. liberali & generosa voluntate illud offero, ut quamuis totum fuisset meum, nec tibi tot nominibus debitum, liberalissime tibi obtulisset: ut ita tibi obsequi & placere possem.

SED multò adhuc amplius admiratione mouet, ac recreat ipsa diuinæ sapientie adinuentio, ad hanc suam liberalitatem erga nos plenius explendam. Quis enim sciisset, aut facere potuisset: ut perfecti alicuius viri corpus, res ad eò parua caperet, qualis est hostiæ particula? & ut totus eius corporis sanguis in vna gutta vini consecrati contineretur, *dicitur est sermo iste, (dicebat aliqui ex eius Discipulis protulit) & quis potest eum audire?* sed omnipotens noster DEVS, cuius viscera ob magnitudinem suæ misericordie sunt tenerrima, nouit ita pinlere, suumq; corpus & sanguinem comprimere: ut minima particula totum

5 Cant. 2. 10

Punctum 2.

c Ioan. 1. 53.

Totam carnem & sanguinem utrobique donat

Punctum 3  
Sub parua specie magnus latet Deus.  
d Ioan. 6. 63.



Isai. 39. 20

Luc. 6. 38

g Zac. 9. 17

h Exo. 16. 6

Mensura  
bona.

i Luc. 6. 38.

Bis se Deus  
largitur in  
SS. Sacra-  
mento.  
Imo sapius.

1. Punctum

caperet; et q; cibus, & potus non *i. e. dubi* (inquit Iaias) *vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem.* & quis panis magis arctus, q̄ qui in vno bolo integri hominis corpus cōtinet: & quis haust<sup>o</sup> magis breuis, quā q̄ in vna gutta totū hominis sanguinē includit: O Deus liberalissime: qui *f. mensuram bonam, & confertā, & coagitatā, & supereffluentem,* daturū te nobis pmisisti; & quid aliud est diuinū hoc Sacramētū, quā mensura quēdā huic similis: mensura. n. est bona. quia cōpletitur, quod est *g bonū & pulchrū* Deus est plena; quia virtutes oēs, & merita Iesv Christi continet; est *coagitata*: quia omnia redigit ad paruum & breuē bolū; est *supereffluens*: quia plus dat, quā ad reparationem nostrā sit necessariū: adeoq; copiosē, vt q̄ superest, sit infinitū, Filios Israel iuferas olim, certā mensuram singulos ex Manna colligere: & vnusquisq; in ea mensura habebat, quo se aleret sufficienter: ita, vt *h nec qui plus collegerat, habuit amplius. nec qui minus parauerat, reperit minus. sed singuli iuxta id, quod edere poterant, cōgregauerunt.* Sed quid illi mensurę ad hęc, in qua datur verū Māna infinitę dulcedinis & excellentię ita cōpressum & coagitatum, vt tantum in exigua parte Sacramenti accipiatur, quātum in magna: quamcunq; partē reuerenter suscipiēti dederis; tribuis illi ingentis magnitudinis mensurā: bonā ob gratiā, quā cōmunicas: plenā, ob augmētum omnium virtutum; *coagitatā* ob firmitatē, quā simul concedis; & *supereffluentem*, ob ea, q̄ addis ex liberalitate, tribuēs illi etiā illustrationes tuas, & consolationes spirituales: idq; interdum in rāta abundantia, vt feruor interior nō potēs se intra cor ipsum cōtinere, superfluat, cum magnis iubilis & letitię saltibus. O si mihi daretur, ita me ad te suscipiēdum preparare, cum mēsurā quadā sanctis cogitationib<sup>9</sup> *referta*; multis mortificationib<sup>9</sup> *coagitata*. & feruentibus affectib<sup>9</sup> *supereffluente*: vt bonis frui possē, quā in S. hoc Sacramento largiris: siquidem tu dixisti: *i qua mensurā mēsi fueritis, remetietur vobis,* tantam scilicet gratię mensuram nos accepturos, quanta fuerit mensura nostrę dispositionis ad eā suscipiēdā.

DENIQVE elucet infinita Dei liberalitas in eo quod bis eādē rem in hoc Sacramento largiatur. Quicquid enim dedit in Sacra hostias idē dat etiam in calice, si & is est suscipiendus. nam carnem, quę propriē non est nisi cibus ita parat, conditque in calice, vt cum ipso sanguine sit potus: & sanguis in ipsa hostia sit cum ipso corpore cibus: hos enim modos, & vias hic Dominus adinuenit, vt suis electis magis indulgeret. sanguinē ipso suo ratificans, & confirmans bonum, quod facit in illorum gratiam.

*Consideratio secunda, De glorioso Christi D. N. Corpore.*

**P** RIMUM agnoscendum est, & aspiciendum in Sanctissimo hoc Sacramento gloriosissimum D. N. corpus, cum ea integritate, pulchritudine, & maiestate, quam habet in cęlo empyreo, *quatuor* glorię dotibus exornatum: quas in die suę Resurrectionis induit. Nam ibi est immortale, & impas-

bile

bile sole ipso millies splendidus, cū agilitate, & subtilitate, siue spiritualitate, q̄ iuxta gloriosum ipsius statū illi cōuenit: & cum tanta in singulis suis partibus pulchritudine & elegantia, vt omnium ipsum aspicientium animos & affectus ad se rapiat. Ibi enim existētī competunt admiranda ille proprietates, quas eius sponsa in libro Canticorum refert, dicens: *a Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimū, Coma eius sicut elata palmarum. Oculi eius sicut colūba super riuulos aquarū, quae lacte sunt lota. Labia eius disillata myrrha primā. Manus illius tornatiles, aureae, plena hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus Saphyris. Crura illius colūna marmorea, quae fundata sūt super bases aureas, species eius ut Libani, electus ut Cedri. Guttur illius suauissimū, & totus desiderabilis, dignissimusque qui ab omnibus hominibus ametur. Cū igitur, vt ipse Dominus dixit: *b vbi est corpus*, illuc congregatur & aquilae: accipe tu alas, & oculos aquilae, vt spiritu appropies ad Saluatoris tui corpus sanctissimū; penetra illud velū, quo tegitur: & intuerē quasi nō velatum cōtemplans (vt ait Apostolus) *reuelata facie gloriam huius Domini: vt amore transformeris in eandem eius imaginem.* Cogita ipsū post suā resurrectionē te velle visitare, vt confirmet in te dona, quae in spiritali tua per Sacramentum penitentiae resurrectione tibi dedit: & virtutes communicet, quas eius gloriae dotes representant; *immortalitatem* sc. cum perseverentia in eius amicitia: ne morte culpae aliquādo moriaris; *impasibilitatē* & heroica patiētia: ne tribulationū causa deficias; *claritatem* cū Fide viuā: vt ei⁹ diuina mysteria cognoscas; *agilitatem* cū obedientiē prōpitudine, ad omnia ei⁹ praecepta exequēda; & *subtilitatem* cū abrenunciatione rerū omnium carnalium & terrenarum: vt solum spiritalia ac Diuina ames, & amplectaris. O corpus sacratissimū mei Saluatoris! siquidem vis cum meo cōiungi; transformā me in istam gloriae tuae imaginem; easque proprietates mihi largire, quae in tuo eluxerunt. O Saluator pulcherrime! fac me tua praesentia *album* per gratiam; *rubicundum* per charitatem; *electum* ex millibus, per feruorem spiritus inter multos; sit *caput* meum tanquam aurum; vt caelestem tuam imiter sapientiam; *coma* mea sicut elata palmarum, vt caelestes semper habeā cogitationes; *oculi* mei sint sicut colūba, ob intentionis simplicitatem; *labia* mea sicut lilia, vt semper sancta verba loquar; *manus* meae *tornatiles*, plenaeque *hyacinthis*, vt operae semper caelestia praestem; sit *venter* meus eburneus cū *Saphyris*, vt plenus sim effectibus firmis, feruentibus, ac diuinis; sint & *crura* mea sicut *colūna* marmorea, fundatae super *bases aureas*, vt constans & firmus sim semper in ijs, quae ad tuum obsequium spectant; nec propter rem vllam creatam flecti me patiar; sed gratia Creatoris firmiter innitar; *species* mea sicut mons sit *Libani*, modestia & grauitatē in moribus semp ostendens: tuos semper in omnibus, & per omnia imitando; vt nihil in me sit quā te non possit amari. Mox magis in particulari signa aspicias *quinque vulnerum*, quae in sacra-*

Corpus Christi gloriosum.

a Cant. 5. 1.

b Matt. 24. 28

c 1. Cor. 3. 18

Dotes animae.

Species animae.

1. Punctum

Quinque  
 vulnera  
 Christi.  
 i Iſa. 12. 3.  
 : Luce. 24. 30.  
 i Ioa. 20. 28.  
 g Cant. 8. 6.  
 Punctum 3.  
 Corona.  
 Flagra.  
 h Cant. 3. 11.  
 Corona  
 gloria.  
 i Hebr. 2. 9.

tiſſimo ſuo corpore retinet, in pedibus, manibus, & latere: tāquam quinque  
 immenſi ſplendoris ſoles: quę pulchritudinē eius vehementer adaugent, &  
 tanquā quinque; d *fontes Saluatoris*, ex quibus, vt olim copioſiſſimus fluxit ſan-  
 guis: ita nūc *aqua* fluūt viua gratiarū cęleſti, quę cum *gaudio hauriuntur*: ex  
 diuino hoc Sacramēto. Quę e *vulnera* cū eadē ipſa ſint, quę Apoſtoli in cę-  
 naculo exiſtentes, in die Reſurrectionis tetigerunt & palparunt, quo tactu  
 repleti ſunt magno *fgaudio*; & S. Thomas, cū eadē tetigit, aded fuit mutatus  
 & illuſtrat⁹; vt exclamās dixerit. *Dominus meus & Deus meus*: accede tu quoque,  
 caq; ſpiritu tēge: & dū cōmunicas, cogita, te labijs tuis tēgere, & exoſculari,  
 quāuis velo illo tecta; aut te accedere ad vulnus lateris, vt viua aqua gratiā,  
 & pretioſiſſimū charitatis liquorem haurias. q; ſi viua Fide feceris, & gaudio  
 repleberis; & aded mutaberis, vt cum S. Thoma dicas: verē hic eſt *Dominus  
 meus & Deus meus!* gloria mea & beatitudo mea! & vnde tantum mihi bonū,  
 Domine, & tātus honor, vt vulnera tua ego contingā, & te ipſum accipiens  
 ad viſcera mea tranſmittam: O fontes mei Saluatoris, diſtillate in me viua  
 aqua gratiam, quę ſitim meam, qua illam appeto, exſatiet. O corpus ſacratif-  
 ſimum tanquam ſignaculum vulneribus hiſce cęlatum, *g pone te vt ſignacu-  
 lum* ſuper cor meum, virtutes illi imprimens, quas tuis vulneribus compa-  
 raſti. Obſigna *pedes* meos, vt bonis ſemper grefſibus incedam; obſigna *ma-  
 nus* vt bona ſemper opera exerceant obſigna & *latus* vt bonos ſemper affe-  
 ctus amoris tui cauſa proferat in æternum.

EODEM modo inſpicere poteris in capite glorioſiſſimi huius corporis,  
 ſigna & veſtigia *coronę* ſpinarum, quę illud pupugerunt; & *coronę* figuram  
 conſtituunt, tanquam *ſeptuaginta duarum* ſtellarum immenſi ſplendoris: tot  
 enim foramina, ſeu vulnera ſpinę illę inſixerunt. Aſpicias etiam in eius ſa-  
 cratiſſimo dorſo *flagellorum* ſigna, quę tanquam plumarium opus pulcher-  
 riſſimum veſtē pretioſiſſimā glorię & Maięſtatis eius exornāt. Et quando ad  
 ipſam Cōmunionem ſacrā accedis: cogita, dicittibi ab Angelis illud Canti-  
 corum: *h egredimini & videte filie Sion Regem Salomonē in diademate, quo coro-  
 nauit illū mater ſua, in die deſponſationis illius, & in die lætitię cordis eius.* O anima  
 mea, ſi vera es filia Sion, cupiēs ſponſi cęleſtis gloriā cōtemplari: intuerē hic  
 verū Salomonē, regē pacificū, & mundi pacificatorē, ſub illa cortina & velo  
 latētē: & videbis immēſę glorię coronā coronatū, q̄ ignominie coronā pro-  
 merit⁹ fuit, ſibiq; cōparauit. Hęc ignominie coronā illi tradidit mater eius  
 ſynagoga in prętorio Pilati: qua in crucis thalamo cū ſummis corporis cru-  
 ciatib⁹, ſed ſummo tñ ſuperioris partis animę gaudio Eccleſiā ſibi deſpoſa-  
 uit. At glorię coronam, quam nunc geſtat, tradidit illi tanquam mater ipſa  
 Diuinitas. voluit enim æternus Pater, dilecti ſui filij labores, & perpeſſiones  
 ea coronā remunerare, iuxta illud Apoſtoli: *i videmus Jeſum propter paſſionem  
 mortis, gloria & honore coronatū.* Egredere itaq; vt fide viua in hoc Sacramēto

videas, exterius quidem figurā eius passionis, & mortis, quę ibi proponitur; interius autem coronam glorię, quam eadem passione est promeritus. Cogita diuinum spiritum tibi dicere: *Ecce homo*, qui hic est absconditus, exterius quidē ita eius figura obscurata, vt nō videatur esse homo, sed panis; interius tamē adeo gloriosus vt sit plus quā homo: quia est etiam verus Deus. & cum ita eū aspexeris, suscipe intra te amanter, vt te transformet in se. **DE NI QVE** idem Saluatoris tui corpus aspice, licet adeo arctatum, nihil tamen de mole & integritate sua amittere: quia infinita sua sapientia & omnipotentia nouit ac potuit ita illud accommodare: vt totum & integrum in tota sit hostia, & in singulis eius partibus; tantumque in vnaquaque suscipiatur, quantum in reliquis, quemadmodum supra ostendimus.

*Consideratio tertia de pretioso Christi D. N. Sanguine.*

**P** R I M V M Intuere oculis fidei pretiosissimum Iesu Christi D. N. sanguinem, tam in sacra hostia, quā in calice: licet intersit, quod in sacra hostia sanguis comitatur corpus, adimplens eius venas: in calice autem corpus comitatur sanguinem, præbens illi venarum vasa, in quibus cōtinetur: quia nō separat se ab illis. Sed quoniam in ipsa Christi passionē fuit à corpore separatus, quia in remissionem peccatorum nostrorum fuit effusus, cōsecratur seorsim ab ipsa hostia. Et quoniam in Resurrectione corpori fuit iterum coniunctus in eius venis, idēd nunc & in calice est & in hostia, ad q̄ significandum ponit Ecclesia in ipso Missæ sacrificio Sacra hostiæ particulam in ipsum calicem. Credendum itaque est, pretiosum hunc Christi D. a sanguinem clamare ibi pro te ad Patrem æternum, & melius loqui, (vt Apost. ait) *quā sanguis Abel. nō. n. pro eo, qui mortuus est, vltionē petit; sed effectus* Passionis ac Resurrectionis eius, qui illū effudit, & iterum secū coniunxit. Petit itaq; pro te peccatorum veniā, conscientię puritatē, resurrectionē ad nouam vitā, vniōnē carnis cū spiritu, ac spirit⁹ deniq; vniōnē cū ipso Deo, per feruentē & inflāmatā charitatem. Imō ad te etiā clamat, petitq; diligens in his rebus omnibus procurandi studium: ita vt & vitā ipsam, & sanguinē tuū, si opus fuerit, offeras, vt peccato resistas, crucem portes, eiq; affigaris: & vt moriaris mundo; soli que Deo viuas. quamobrē addit idem Apostolus: *videte ne recusetis, aut repellatis loquentem*, ne scilicet his vocibus obsurdescas, quibus Christi sanguis inde ad te clamat: siquidem in tuam vtilitatem diriguntur. Tecum, ait S. Gregorius, loquitur Saluatoris illa petitio, quam per os afflictī Iob protulit, dicens: *b terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* ostēde se. in te ipso sanguinis huius virtutem, & clamoris eius effectus; ne in Sacramento latentē relinquant, sed sume illum, vt appareant in te ingentia illa bona, quę tibi est promeritus.

Cv m hoc igitur spiritu cogita accedere te ad Iesu Christi sanguinem,

qui

Ioan. 19.

Ecce homo.

Foris minus  
intus plus  
quam Ho-  
mo.

Pro Feria  
tertia.

Punctum. 1.

a Heb. 12. 24

Sanguis  
Christi cla-  
mat ad  
Deum &  
Homines.

Lib. 13. Mo-

ral. c. 18.

b Iob. 16. 19.

Punctum. 2.

1.

*Agonia  
in horto.*

qui & in hostia & in calice manet, sumendum, ad eos fructus percipiendos, ob quos in horto Gethsemani, in pratorio Pilati, & in monte Caluario fuit effusus. Expende itaq; primū, eundē Dominū in horto spontē se se summo dolore affligētē, pretiosum sanguinem ob nostra peccata tanquam sudorem per poros faciei suae ac totius corporis manantem, vsq; ad terram effuisse: quem eundem sanguinem tibi offert in ipso Sacramento; inuitās te, vt ipsius afflictionis, qua ibi fuit affectus, commiseratione tangaris; & ob tua peccata vehemēti dolore contristeris; tuamq; voluntatem ad quemuis sudorem & laborem promptam offeras vt virtute pretiosi sanguinis, quem ipse per suos puros effudit, à maculis tuorum peccatorum abluaris.

2.  
*Flagellatio.  
Coronatio.*

DEINDE aspice, quemadmodum idem ipse Saluator sanguinem suum in pratorio Pilati violenter effuderit, carnificū scilicet vi, per *flagella*, ex dorso, & ex toto corpore; per spineam verò *coronam* ex capite, in pœnam tuæ cupiditatis, superbiæ, & ambitionis. quem totum sanguinem etiam tibi offert in Sacramento, in quo & tu delibes, sentiasque, quod ipse sensit; spiritumque resumas ad te ipsum puniendum ob excessus præteritos; teque in posterum continendum, ne in eisdem relabaris.

3.  
*Clauis.*

*c. Jo. 9. 34.  
Lancea.*

PROGREDIERIS denique ad Caluarium montem, vbi clauis, quibus affixus fuit cruci, quod reliquum erat sanguinis, ferè extraxerunt per vulnera pedū & manuum, donec expiraret: & paululum quod in mortuo corpore iuxta cor remanserat, *c lancea* extraxit, *que eius latus aperuit*. Nam nec paucillum hoc retinere voluit; sed totum effundere: in testimonium amoris, quo te prosequabatur: & in eiusdem amoris testimonium, totum etiam simul in hoc Sacramento offert. Cogita igitur, cum ad communionem accedis, te ad ista *quinque* vulnera accedere, vt effluentem inde sanguinem haurias; & in ipsum tuum corpus trajicias: vt pretium sit, & pro tuis peccatis satisfactio; ablutio macularum; potus, qui sitim expleat tuorum desideriorū bonorū; tuarumq; cupiditatum ardorem ita extinguat, vt hoc sanguine inebriatus, tuū offeras Domino tuo; & quicquid habes, non appposito termino, aut mēsurā tuō desiderio; siue id sit de spontaneis mortificationibus tibi assumendis; siue ab alijs illatis persecutionibus tollerādis: imò etiā, quod post mortem tuam supererit, debes in eius obsequium offerre: cupiens facultates tuas, omniaque tua perpetuæ eius gloriæ instrumenta esse.

*Punct. 3.  
Sanguis  
Christi in  
resurrectione  
recollectus.*

VT verò etiam exhilareris, cogitandum tibi est, totum hunc sanguinem, qui in eius passione cum tāto dolore & ignominia fuit effusus, collectum fuisse, & in suis venis cū summa læticia & gloria in die Resurrectionis collocatum, vt aeternū in eis maneat: Christus. n. resurrexit, nunquā moriturus; nec amplius, quod tunc accepit, deserturus. Ideoq; sanguinem hunc ita simul vnitum, & glorificatum in Sacramento tibi dat: vt te lætificet, cōfortet, & ad nouam vitā resuscitet. hoc pignore tibi tradito, q̄ quantum in ipso est,

semper te in sua gratia conseruabit, & resuscitabit ad æternam vitam vt ipso fruaris in gloria. sic enim expresse hoc se facturum promisit, dicens: *d qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die*: quia scilicet in se pignus æternæ vitæ pro anima; & resurrectionis pro corpore. Ideoq; constituit Ecclesia sancta, vt omnes fideles in Paschate cõmunicent; quo tempore Paschalis agnus D. N. fuit sacrificatus, & surrexit gloriosus. e *Agnus enim ille Paschalis* (teste S. Thoma, fuit sanctissimi Sacramenti magis expressa figura, ex ea parte, quod totus populus illi offererat, scq; eius carnibus alebat, cuius sanguine fuit liberatus ab Angelo, omnia Ægypti primogenita percutiente, à morte sc. & à seruitute Pharaonis. Quod totum multo gloriosius præstat Diuinus hic noster agnus, qui propria nos carne alit; & sanguine præseruat à morte, & à Dæmonis eripit tyrannide. Et quando primogenitus hominũ, *liberum* sc. eorũ *arbitriũ*, lethali aliquo crimine in eis moritur, manebit in te viuens, ob sanguinis huius virtutẽ, qui te à culpa præseruat. Hic sanguis (ait Sanctus Chryostomus) florere facit in nobis verã diuinitatis imaginem; hic animæ pulchritudine tribuit ac nobilitatem, quã rigat, fouetq; semp; non sinens illam deficere. Sanguis hic Dæmones à nobis valdè procul repellit, Angelos verò & omniũ Dominũ ad nos adducit: cum enim primũ *signum huius sanguinis in nobis vident* Dæmones, fugiunt; Angeli verò appropinquant. Hic sanguis totum mundũ abluit, ac purificat. Cuius si vel sola figura Hebræos in Ægypto ex tot periculis eripuit quantum magis ipsemet id faciet in nobis? *O sanguis Agni preciosissime, in quo sancti flauerunt ac dealbauerunt stolas suas, laua, ac dealba animam meam, vt æternũ te laudet, ac glorificet, Amen.*

*Consideratio quarta de sanctissima Christi D. N. anima.*

**P**RIMUM fidei lumine ad interiora huius Sacramenti ingredi studens, agnosce panem hunc, qui in eo tibi proponitur, non esse rem aliquam mortuam sine anima, sicut reliqua sunt Sacramenta; sed verè ac realiter a panem esse viuum, quemadmodum ipse Saluator dixit: Nam sub accidentibus panis, quæ vides exterius, latet corpus huius Domini, cum sanctissima anima sua, quæ illud verè reddit viuens, ac pulcherrimum. Sine vlla tamen cõparatione gloriosior multo est, magisque admiranda vita & pulchritudo ipsiusmet animæ, quæ est purus spiritus, in cuius præsentia omnes cœlestiũ hierarchiarum spiritus non magis splendent, quàm stella in præsentia solis. Tota. n. induta est Diuinitatis sole, cum gratia aded immensa, vt incõparabiliter oēs gratias excedat, quas Angeli & homines simul habet. Vt. n. dixit S. Ioã. b *nõ ad mensurã dat Deus filio suo Spiritũ, quẽadmod dat alijs, qui eius sunt serui.* Et quantum interest inter vnigenã filiũ in domo sui Patris, & reliquos eius seruos, tantum interest inter ipsum Christum D. N. & reliquos

1. Tom.

FFF

Ange-

d Ioa. 6 51.

5. Par. q. 72.

a. 6.

c Exod. 12. 3.

13.

Agnus Paschalis.

Hom. 4. in

Ioan. 6. 61.

ad pop.

Exod. 12. 13.

f Apoc. 17.

14.

Pro Feria

quarta

Punctum 1

a Ioan. 6. 51

Anima

C Isti excellẽtia.

b Ioa. 3. 34

S. Tho. 2. q. 7

a. 11. ad 1.

Angelos & homines. Et propterea S. Ioannes dixit: *cuidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* Eleua igitur Sacramenti huius veli, & agnosce gloriam & pulchritudinem sanctissimæ illius animæ, tanta sapientia, & gratia plenæ, quanta decet animam personaliter unitam unigenæ filio æterni Patris, qui sol est splendoris infiniti, per quam unitiōne innumerabiles & excellentissimos gratiæ thesauros illi cōfert, omnēque eius potentias ijs diuinis virtutibus exornat, quarum singulæ sunt capaces: simulq; potestatem ei facit reddendi homines earum participes, & ided descendit illa ad sanctissimum Sacramentum. Quare ingressa hæc sanctissima anima in hominem iustum, statim aperit primos thesauros gratiæ sanctificantis animas: tantamq; eius copiam unicuique tribuit, quanta est communicatiōis dispositio; & ita manent ambæ cum admiranda hac mutua similitudine cōiunctæ. Si enim, *d qui adhæret Domino,* (vt Apostolus ait) vnus spiritus est cum illo, etiam anima mea, si cum Saluatoris anima coniugatur, manebit per gratiam facta vnus spiritus cum illa.

c Ioan. 1. 14.

1 Cor. 6. 17

Punctum 2  
c Coloss. 2. 3.Intellectus  
Christi lu  
men.f Luc. 24.  
31. 36.Christus o  
mnia videt.

DEINDE, memoriam inspicias, & *intellectum* animæ sanctissimæ ipsius Saluatoris: *e in quo* (vt Apostolus dixit) *sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi.* Nam lumine gloriæ q̄ habet, videt cum summa excellentia & perfectione ipsam Diuinam essentiam: & præterea omnes scientias supernaturales, & naturales rerum omnium in omni perfectione habet, quæ cōpetit animæ diuino verbo & sapientiæ æterni Patris unitæ: à quo sapientia omnis, scientiaq; dimanat. q̄ in Angelis & hominibus inuenitur. Et in ipso Sacramento venit, vt animabus tribuat eā sapiētiæ & scientiæ partē, quæ illis competit. Ideoq; in ipso ingressu, cœlestis sapiētiæ thesauros aperit, & admirandas illustrationes iacit: quibus sua retigit arcana; sensumq; aperit, vt scripturas Diuinas intelligant; concedit altissimas contemplationes, & meditationum inundationes: & nonnunquam etiam raptus, suspensiones sensuum, & extases, ob luminis abundantiam, quam tribuit intellectui, iuxta dispositionem humilitatis & charitatis, qua quisq; cōmunicat. Et quæ admodum Discipulorū, cum peruenerunt in Emaus *aperiti sunt oculi, & cognouerunt in fractione panis,* eum, qui prius peregrinus videbatur, esse ipsummet Christum: ita in sacra Communionē oculi aperiuntur animæ, vt agnoscat præsentiam Domini, in ipsam, tanquam peregrini intrantis.

CREDERE etiam debes sanctissimam hanc animā clarè, distincteq; cognoscere res omnes præteritas, præsentēs, atque futuras: ita vt nec cogitatio, nec verbū, aut opus vllū ex ijs, quæ aut fuerūt, aut futura vnquā sunt, illi occultari possit. Cū. n. ipse Christus D. N. quæ est homo, futurus sit omniū Iudex; videt quicquid malū, & quicquid bonū est in omnibus; vt illud puniat, hoc remuneret. Cū hoc igitur spiritu licebit te in eius præsentia cōstituere,

attendendo eum nonnunquā quasi te sub Sacramēti velo aspicientē, omnia intimē cognoscentē, quæ vel facis, vel dicis, disponis, aut cogitas in intimo cordis tui: iuxta illud q̄ in libro Canticorū dicitur: *g en ipse stat post parietem nostrū, respiciēs per fenestras, prospiciēs per cācellos* quæ sunt species sacramētales. Quare studendū diligenter est, ne quid cogites, quod illi displiceat: aut eius præsentia sit indignū. Nonnunquā attendes, eū in memoria suæ thesauris re-cōdita habere omnia peccata tua, suo tempore punienda, sicut aliquādo dixit populo suo: *h ñne hæc cōdita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* in eis dē verò thesauris omnia quoq; merita, bonaq; opera signata habet, suo tē-pore etiam remuneranda. iuxta illud Apostoli: *i scio cui credidi, & certus sum: quia potens est, depositū meū in diē illū nouissimū seruare.* Quare cū cōmuni-cas: supplex ora, vt tua peccata dimittat, & amoueātur ex ipsius thesauris, in quib⁹ cōdita erāt, & signata; augeat verò opera bona, vt eternū durēt in de-posito thesauri eius. O dulcis Iesu qui es eterni Patris thesaurarius, nosterq; depositari⁹, vt serues, q̄ ipsemet nobis largiris: dita, quæso, me thesauris tuis: eolq; benigna tua protectione per sanctissimū hoc Sacramētū cōserua, vt in die vltimæ rationis diuitem in tua præsentia esse me inueniam. Amen.

Hinc perges ad sanctissimæ huius animæ voluntatem intuendam, eiusq; sanctitatis & virtutū thesauros: nam eius cor instar est fornacis accensissi-mæ, in qua ardet amore Dei & proximorū, cuiq; ipsius inter reliquos. pari verò passū cum charitate reliquæ virtutes pergūt in summa excellentia: sicut enim exemplar, ex quo homines discere debeant: ipseq; potestatem habet, eas inter ipsos distribuendi. Et ob hanc præcipuē causam venit ipse ad Sacra-mentum. Nam quemadmodum cibus, cum comedēti coniūctus, qualitates ei suas impartitur: Ita Christus D. N. in Communionem animam suam cum Iusti anima per charitatis intimam vnitionem coniungit; suasque diuinas virtutes ita ei impartit, vt ex vtraque voluntate vna fiat, & vnum ex vtroque corde, vt mirificē locum hic habeat, quod Scriptura diuina dicit: *k quod ani-ma Ionathæ conglutinata fuerit anima Dauid, & dilexerit eum Ionathas quasi ani-mam suam, & expoliauerit se Ionathas tunica sua, qua erat indutus, & dederit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, vsque ad gladium & arcum suū, & vsque ad bal-theum.* Quemadmodum supra retulimus. O anima Iesu sanctissima, coniun-gere meæ, eamq; pretiosa tuæ gratiæ tunica, & præclaris virtutū tuarū ve-stitimētis, donorūq; celestium armis indue: vt vterq; simus cor vnū, & anima vna, siquidē tu es anima meæ animæ, vitæq; meæ vita, per quam ego sum, & viuo. Ex tunc dicā cum Apostolo: *Vnam iam non ego, quia vixit in me Christus.*

Sed superest adhuc aliquid in sanctissimæ huius animæ voluntate viden-dum. Sunt enim in ea etiam thesauri cælestium deliciarum: quia bibit ex copiosissimo flumine gaudiorum Dei, vsq; ad summam desideriorum suorū

g Cant. 2. 9.

h Deut. 32. 4.

i. Tim. 1. 12. Duplex thesaurus in memoria Christi.

Punctum 3

Voluntas Christi virtutibus ornata.

k Re. 18. 1. 4.

Tract. 2. c. 2.

l Gal. 2. 10.



Dilictia S.  
Sacramenti.in Gen. 49.  
20.Pro Ferrara  
quinta.

Punctum 1.

Oratio  
Christi con-  
cepti.  
a Heb. 10. 10Christus o-  
mnia pra-  
uidit.

saturitate, & in tanta plenitudine; ut quod supereffluit ex ea, replere possit omnes læticia. Illa verè est Manna absconditum, cum dulcedine immensa, in qua sunt saporès omnes, modique omnes suavitatis possibiles, ad delicias & solatia Iustorū: qui ibus statim atque in eos per sacram Cōmunionem ingreditur, eā partem communicat, quam illorum dispositio meretur. Optime enim illi adaptatur, quod Patriarcha Iacob de filio suo Aser dixit. *Aserpinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.* Quis autem est Aser, qui diuitiæ interpretatur; nisi Christus D. N. in quo sunt inestimabiles diuitiæ gratiæ, quas diximus? & quis eius est panis, nisi diuinū hoc Sacramentum, quo Iustis indulget & oblectat, qui veluti Reges se ipsos gubernare nouerunt? & quod amplius est, sumentibus imperit animū & generositatē Regū, ipsiusmet Regis generositati similitē, qui in hoc cibo venit occultus. O Rex supreme, cuius conuiuiū est conuiuiū regale, dignum splendore & magnitudine tua! da mihi, quæso, cor, sicut tuum generosum, ut dignus sim qui mensæ tuæ assideam, & ineffabili tua suauitate ac dulcedine fruar, Amen.

*Consideratio quinta de infinitis Christi D. N. meritis & satisfactionibus.*

**A**LII quoque thesauri inspiciendi sunt in hoc diuinissimo Sacramento. Pro cuius rei fundamento attendendus est *modus ille*, quo Christus D. N. in ipso statim suæ Incarnationis instanti, quoad meritum se habuit. Videns. n. ea omnia, quæ facturū & perpeffurus erat vsque ad mortem in cruce, promptissimè obtulit sese ad ea omnia, ut patri suo æterno placeret; nostrāq; reparationē perficeret. Ex qua prima eius voluntate omne nostrū bonum est ortū. Nam (ut ait Apost.) *in ea voluntate sanctificati sumus per oblationē, quā ipse fecit corporis sui.* Quis verò nouerit dignè id expendere, quod hæc voluntas complectebatur? Ipse. n. Christus D. N. in ipso primo instanti, non solum vidit, quæ facturū erat, & perpeffutus vsq; ad mortem; sed etiā post illam. vidit. n. vulnus lanceæ lateri suo post mortē infligendū; sepulchrū sui corporis; animæ suæ ad limbū descēsum resurrectionē suā, & quæcunq; cū suis Apostolis acturus erat per 40. illos sequentes dies; ascensionē in celū ex quo Spiritū S. in suos discipulos erat missur? vidit quoq; gratias oēs ac dona, quæ erat hominibus ad finē vsq; mundi largiturus: opera etiam gloriosa quæ per eosdē facturū erat, cū ijs auxiliis, quæ dare eis cōstituebat per sanctas inspirationes & Sacramenta: sed & oēs blasphemias, iniurias, & persecutiones in ipsum, suamq; doctrinā, euangelicā legē, discipulos & amicos suos, à Iudæis, Gentibus, Mauris, Hæreticis, & ipso Antichristo eiusq; ministris vsq; ad finē sæculi, exorituras vidit. Quæ omnia in illo instanti generosissima voluntate acceptauit, quæ voluntas fuit propterea maximi & excellentissimi meriti in cōspectu æterni Patris: quemadmodum meritoria est

volun-

voluntas hominis, multa bona opera in suo testamento constituentis. Nam licet eo tempore, quo bona illa opera executioni mandantur, iam ipse in eo statu sit constitutus, vt nihil promereri possit: ipsa tamen opera, indicia sunt, quod in eis constituendis multum fuerit promeritus.

**H**INC fit, quod Christus D. N. in illo instanti promeritus fuerit omnes gratias, dona, & fauores cœlestes, quæ hominibus conceduntur; & omnia illorū merita, siue proueniant ex ijs, quæ patiuntur; siue ex bonis & sanctis operibus, quæ præstant: hæc inquam omnia tunc fuit promeritus Christus, offerendo pro eis omnia aduersa vitæ suæ, passionē ac mortē. quem pretiosissimū meritorum thesaurū secum affert ad sanctissimū hoc Sacramentum, vt eo nos ditet: applicando nobis merita sua, vt nostra plurimū augeantur. Cum igitur ad sacram Communionem accedis, cogita te immensum meritorū huius Domini mare accepturum, vt tuorum suppleas defectum; tuāq; ipsam illis coniungas, vt gratiora apud Deum reddantur: Et voluntatem ipsam tuam ipsius voluntati coniunges, vt tua per eam sanctificetur; teque ipsum offeres, ad amplectendum, quicquid ipse vult; & faciendum, ac tolerandum, quicquid ipse iusserit, & inspirauerit.

**S**ED magis adhuc in particulari considerandus est meritorum thesaurus, quem Christus D. N. per hoc diuinum Sacramentum comparauit. eodē quod talis consideratio magnæ sit voluptatis & consolationis argumētum. Nam in primo illo suæ incarnationis instanti vidit, possibilem esse modum hunc, conuiuium tale pro hominibus instituendi: in quo carnem & sanguinem, quem pro eis assumebat, in cibum & potum eisdem præberet. Quare generosa quadam voluntate sese obtulit, statuitq; hoc beneficium illis præstare, quando esset ex hac vita migraturus: & totis illis triginta tribus vitæ suæ annis semper ardentissimum hoc habuit desiderium, sicut etiam semper desiderauit b *Baptismo* sui sanguinis *Baptizari*, & suæ passionis calicē bibere & propterea in noctē vltimæ cœnæ dixit: c *desiderio desiderati hoc pascha*, siue agnum hunc paschalem *manducare vobiscum antequam patiar*. Quid autem est dicere *desiderio desiderasse*, nisi ostendere, tale desiderium & antiquum fuisse, & semper continuatum, & valde intensum?

**S**ED si nosse vis, quàm meritorium fuerit hoc desiderium, & hæc voluntas talem cibum & potum nobis præbendi: attende quas difficultates eodē tempore deuorauerit, quo illam obtulit. nam, quemadmodum in instanti, quo illam obtulit, innumera bona vidit, quæ per hoc Sacramentum erat suis seruis concessurus; & illustria opera erga eos, & pro eis facturus: ita etiā innumeras vidit iniurias, & contēptus, quos in eodem Sacramēto erat perperurus, tam à Iudeis & Hereticis ipsam negantibus, ac dicentibus esse merum panem; quàm à peccatoribus, & improbis Sacerdotibus, qui ipsū in

*Christi merita in S. Sacramento communicatur.*

1. *Punctum.*

*Christus in carnatus S. Sacramentum nobis disposuit.*

b *Luc. 12. 50*  
c *Luc. 22. 15*

*Christus prouidit iniurias suas.*

mortali peccato accipiunt, & irreuerenter tractant: quod totum magna, & generosa voluntate hic Dominus tunc acceptauit: qua magna illa bona est promeritus, quæ nobis fecit, & verò quotidie facit in recto eiusdem Sacramenti vsu. Quando igitur ad sacrâ Communionem accedis, offeras ei, in particulari thesauru meritorum, quibus bonam ad communicandû dispositionem, bonamq; ipsam communionem, & eius fructus fuit promeritus: supplexq; orabis, vt ipsa sua merita tibi dignetur applicare, & ita te ad ipsum suscipiendum disponere, vt illi placere, fructusq; optatos colligere possis.

EVNDEM in modum considerandus est infinitus satisfactionum Christi D. N. thesaurus quibus omnia nostra debita siue culpæ siue pœnæ persoluit: ex quibus thesaurus conficitur, quem Ecclesia tam viuis quàm defunctis per indulgentias distribuit: licet efficacius per Missæ sacrificium applicetur: cuius est proprius effectus, penas pro nostris culpis debitas dissolvere. Quare, dum sacrû Missæ audis, merito simul cû ipso Sacerdote diuinum illud sacrificiû offeres, cum maximo quo fieri poterit cordis feruore: vt magnâ aliq; thesauri illius partem tibi aut aliis siue viuentibus, siue vita functis accipias. Quò enim maior erit feruor charitatis, quo illud offertur, eò maior erit pars satisfactionis, quæ offerenti applicatur. Sed & ipsa communió (teste S. Thoma) multum cõfert ad hanc ipsam satisfactionem dum in nobis ipsis feruentes illos actus excitamus, quibus illa fieri solet. Ideoq; dum comunicas, debes tuas satisfactiones coniungere cum ipsius Domini, quæ suscipis, satisfactionibus: vt cum illis vnitæ sint efficaciores. Admirabere quoq; infinitam Dei liberalitatem, volentis, cibo aded delicato persolui, aded pœnale debitum; & eadẽ operâ, qua cum tanta tui oblectatione, & in tuæ animæ nutrimentum comedis, pœnas exsoluere, quarum, ob admissa peccata in tuo corpore delicatè tractando, reus existeras.

*Consideratio sexta quis virtutes Christus D. N. in hoc Sacramento exercent*

INTER virtutum & meritorum IESU Christi D. N. thesauros prædictos expedit, nominatim considerare heroicas virtutes, quas idem Dominus in hoc Sacramento ad nostrû exemplû, & vtilitatẽ exercet: siquidem & ipsæ sunt pars quædam eorum, quæ ipso Sacramento continentur. Sit ergo prima virtus heroica, eius HUMILITAS, qua actû ipso seipsum hic demittit, tegens gloriã omnem & splendore, quem aliàs habet, tegumento aded vili & abiecto: qualia sũt panis & vini accidẽtia: vt primo huius Tractatus capite expendimus. Nam quemadmodum in præsepio positus non verbo sed opere clamabat: *discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: ita in sanctissimo hoc Sacramento idem ad omnes Christianos clamat; & ad te ipsum, cùm comunicas: vt discas, te ipsum occultare, & optare non agnosci,

& hu-

Punctum. 3

Thesaurus  
Indulgentiarum.

3. p. 2. 79.  
4. 5.

Dulcis pœna.

Pro Feria  
sexta.

Punctum. 1.

Humilitas.

a Matt. 31.  
29.

& humiliac decenti habitu, ut, præcipue cum, ad ipsum in sacra Communionem suscipiendum, accedis. Ingratitudinis enim quoddam & inurbanitatis genus est, leuibus & profanis ac superbis vestibus indutum, ad eum suscipiendum accedere, qui humili ad eum velo tectus venit.

DEINDE, quemadmodum in hodiernum vsq; diem humiliter & mansuetè tolerat iniurias, quæ ipsi inferuntur, contèptus, opprobria, & inciuiles mores: nã etiã in vltimo loco ponatur, nõ conqueritur, neq; vlciscitur; sed, quasi nõ videret, vel audiret, omnia dissimulat: ita clamat etiã ad te vt si eius velis esse discipulus, & particeps gratiarum & fauorum, quibus ipse in hoc Sacramento humiles & mansuetos prosequitur; idem facias. Ad quas voces si aures obtures, est certè, cur erubescas, pudeatq; te tantè tuè superbiè in præsentia Domini ad eum humilis. *b Fili hominis (ait DEVS Ezechiel) ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam & erubescant ex omnibus qua fecerunt.* Quod nam verò templum verius est quàm sit hoc diuinum Sacramentum, in quo ipsemet DEVS & CHRISTVS eius manet: huic templo conformari oportet omnes iustos, qui viua sunt Spiritus sancti templa: vt eisdem virtutibus sese ornent, quibus ipse Dominus; eoque modo, quo ipse illas exercet. Tu autem diuinum hoc templum aspice, & ob tua scelera confundere. meditare ac perpende fabricam eius ad eum intus gloriosam, exterius verò ad eum humilem: vt pudeat te, vitam agere ad eum ab eius vita remotam & alienam: discasque te ipsum humiliare ob tuam saltem superbiam, in præsentia extremæ ad eum humilitatis.

PERPENDES deinde, quàm ibi præstet heroicam OBEDIENTIAM, ad quam spontè se voluit obligare: cum constituit, semper se, cum Sacerdos verba consecrationis dicit, e celo descensurum, & se sub accidentibus panis & vini collocaturum: id quod perfectissimã obedientiã cum omnibus conditionibus adimplet, quas illa in supremo suo gradu exigit. Est enim ad nutum, *celeris*, & ita in instanti, vt nec ad momentum quidem differat ad Sacramentum venire; est *vniversalis*, ad quoscunque *Sacerdotes* etiam improbos, & mala intentione, pessimoque sine consecrantes, quia non attendit ipse ad prauum consecrantis animum; sed ad finem sanctum, quem ipse respexit, dum hoc se facturum constituit. Est etiam *vniversalis* quoad *locum & tempus*, ita vt in quoeunque loco, & quocunque tempore consecratio fiat, ipse adsit. Est *constans*, ac perseverans: quia etiam sæpius veniendo, nulla defatigatione aut tædio afficitur; nec Sacramentum ipsum deserit, etiam si irreuerenter & indignè tractetur: ita vt, quamdiu species ipse durant, constanter sub illis maneat: sicque facere perget vsque ad ipsius mundi finem. Nam & ibi asseuerat: *Ioan. 6. 38. descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me*

& ex

*Ab sit superbia communitio.*

*Humiliatio expellenda.*

*b Eze. 43. 10.*

*Punctum. 2.*

*Obedientia.*

*Celeris.*

*Vniuersalis.*

*Constans.*

d Cant. 1. 10  
Serm. 46. in  
Cant.

Punctum. 3.  
Charitas.

c Luc. 14. 12

Liberalitas

Isai. 55. 1.  
Deus con-  
gaudet no-  
bis.

& ex eodem loco exemplo suo clamat; vt, si velis eum dignè suscipere, exornes animam tuam obedientiâ quadâ ipsius obedientiæ simili; dicens cum Sponsa: *lectus noster floridus*. Nam, vt Sanctus Bernardus ait, complacet sibi, dum requiescit in lecto cordis, floribus obedienciæ exornate; horret verò illum, in quo spine, actus scilicet propriæ voluntatis, nascuntur. Quod si hospitio eum sicut Martha excipere velis: vt ille spiritualem tibi, sicut sorori eius Mariæ, refectionem præbeat: oportet, animam tuam esse *Bethaniam*, quâ, domum obedienciæ interpretantur: ita vt eam offeras, ad obediendum in omnibus ei qui, vt plurimis gratijs suis te ditaret, factus est ipse obediens.

TERTIÒ perpendes heroicam eiusdem Domini CHARITATEM & MISERICORDIAM, qua seipsum omniaque sua cuius hominum generi, etiam vilibus & contemptis sese tradit: vt eorum necessitatibus subueniat; famemque qua tenentur, exsatiat: re ipsa enim præstat hic ipse, quod suasisit quidam, ipsum ad prandium inuitanti. e *Cum factis* inquit, *prandium aut coenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque vicinos diuites: ne forte & ipsi te reuertentur & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: quia non habent retribuere tibi.* O ineffabilem supremi nostri Redemptoris misericordiam, qui de cælo venit, vt inuitet; simulque sit conuiuium, non solum Regum, Principum, & nobilium huius mundi, sed etiam se ipsum tradit pauperibus, mancipijs, & ipsiis Æthiopibus, & vniuersæ terræ contemptissimis, absque personarum acceptione, aut horum ab illis differentia: & que amplius est, etiam maximis peccatoribus, modò de suis peccatis penitentibus, & confessis, se ipsum nõ denegat; nec horret ingredi, sed potius oblectatur in ea domo habitando, quæ latronum fuit spelunca, basiliscorum habitatio, & hospitium Dæmoniorum.

QVO verò LIBERALITATEM & misericordiam suam magis manifestet, statuit, mensam hanc Sacram, præparatam, & semper in promptu esse: manet enim ipse deliberato animo per dies multos in ipso Sacrario, expectans, vt aliquis ex huiusmodi pauperculis accedat: vt, quam petit, refectionem ei præbeat: omnes enim vocat; & vt ad suum conuiuium veniant, inuitat: nec rem gratiorem illi præstare possumus: quam ad nos vocantem accedere. Quod. n. nobis est valde utile, gaudij sui materiam reputat: atque si ipsius proprium esset commodum. Hoc enim apertè insinuat beneuola illa suavisque vocatio, quâ Isaias eius nomine proponit, dicens: *fomes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum prope- rate, emite, & comedite: venite, emite absq; argento, & absq; vlla conuersione vini & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & labore vestrum non in satietate? audite audientes me, & comedite BONVM, & delectabitur in crassitudine*

anima

*anima uestra.* Quæ verò illa est esca, quæ eminenter appellari potest **BONA**? respondeat alter Propheta eodem spiritu: *quid enim, ait. BONUM eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum generans virgines?* O anima, quæ desideras particeps esse bonitatis Dei tui, & pulchritudinis Domini tui, & torrente deliciarum eius inebriari: comede magno appetitu hunc panem, magnoque desiderio hoc vinum cæleste: siquidem gratis & absque ullo pretio tibi offertur: & si quod exigitur, ipsemet Dominus illud tibi largitur, ut comparare panem & vinum hoc possis. noli tam anxie *haurire qui perit, sed eum, qui permanet in vitam æternam: quem filius hominis dabit tibi, ut suis donis te ditet, bonisque tua satiet desideria.*

*Consideratio septima de Christi D. N. persona ac diuinitate, quam Pater & Spiritus Sanctus committuntur.*

**Q**UONIAM IN DEI conuiujs optimus bolus vinumque pretiosissimum in finem conuiujs seruatur: ided vltimo loco degustandus & ruminandus in hoc sanctissimo Sacramento est omnium pretiosissimus ipsa videlicet diuini verbi persona, corpori, sanguini, & animæ ipsius Saluatoris coniuncta, a *Manna dulcedinis infinite, ac b verè Deus absconditus: eò quod c lucem inhabitet inaccessibilem, cui etiã comode aptatur id quod Moyles populo dixit de altero illo d Manna patribus eius ignoto, quod egreditur de ore Dei.* Hæc enim diuina persona, in hoc Sacramento latens, est verbum ipsius DEI viuum, æternum, & infinitum; quod egressum est, egreditur & egredietur in æternum ex ore Patris æterni, manens etiam intra ipsum cum omni diuinitate, sapientia, & omnipotentia, quam ipse Pater æternus habet. Hic Dominus est verbum ipsum omnipotens, per quod omnia sunt creata, & conseruantur; & cum sit æternum, descendit in vltimis temporibus è caelo, ut carnem nostram indueret: & sic e *Verbum caro factum est; caque indutum habitauit in nobis.* Hic Dominus est, qui verbo ex ore suo procedente, morbos curabat, mortuos reuocabat ad vitam, peccatores conuertebat, transmutabat corda, suisque donis ea replebat. Verbo suo tranquillitatem turbato mari adferebat, ventis imperabat, dæmonia è corporibus expellebat, hostes suos deiciebat in terram: denique omnia eius verbo parebant. Hoc itaque diuinum verbum cum sua tota omnipotentia latet tanquam absconditum Manna in hoc Sacramento, ut in anima eum suscipiente ea faciat, quæ dum in terra versaretur, faciebat. Verbo enim suo interno, gratiaque suæ efficacitate spiritaliter sanat infirmos, exsuscitat mortuos, commutat voluntates, animosque turbatos tranquillat, tentationes reprimat, Dæmones fugat, ac de suis omnibus hostibus triumphat. Quem si viuam

g Ezech. 9.

17.

s. Commu-  
nio

BONA.

h Ioan. 6. 27.

Pro die Sab-  
bathi.

Punctum. 1.

a Apoc. 2. 17

b Isai. 45. 15

c 1. Tim. 6.

6.

d Deut. 8. 4.

Verbum Dei.

e Ioan. 1. 14

f Matt. 8. 8.  
g Psal. 34. 3.  
h Genes. 1. 3.

fide fulcipias, *omnipotentiam* eius verbi in his omnibus experieris. Ideoque Ecclesia à diuino spiritu instructa, iubet nos ante ipsam Communionem dicere: f *Domine non sum dignus vt intres sub iocum meum sed tantum dic verbo, & statim sanabor.* g *Dic anima mea, salus tua ego sum, & statim sana erit:* dic vt in ea fiat lux, & tota statim illustrabitur: iube in me quod volueris, statim enim, quod iusseris, perficietur.

Punctum. 2.

i I. Ioan. 14.

27.

k c. 14. 10.

l Ioan. 5. 19.

PATER.

DEINDE perpendes, & PATERM æternum ibidem adesse, comitantem filium suum: quia non possunt ab inuicem separari: vbicunque enim est filius, ibi est Pater: Ita enim ipse dixit: i *Si quis diligit me, pater meus diligit eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: & sermonem, quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me Patris: & k verba quæ ego loquor vobis à me ipso non loquor, sed Pater in me manens ipse facit opera: quia ego in Patre, & Pater in me est: & l quæcunque ille fecerit, hæc & filius similiter facit.* Ibi æternus Pater intra se ipsum filium suum generat: quia semper illum generat, suamque diuinitatem illi communicat. Et quemadmodum pro nostra reparatione misit illum in mundum: ita in hoc sacramento missionem illam continuat. Quamobrem aspicientes, quæ ibi geruntur, verè ac propriè dicere possumus: sic m *Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui fide viuam eum receperit, non pereat, sed habeat vitam æternam.* O supreme Pater: quas tibi gratias reddemus pro immenso hoc dono, quod mundo largiris, non semel, sed millies quotidie illud renouando, vt omnes eius esse possint participes! Quò potuit vterius charitas tua peruenire, quam vt ipsummet filium tuum, panis accidentibus obuelatum, nobis traderes; quò nobis inuisceratus nos tecum per amorem vniret.

m Ioan. 3. 16.

n Rom. 8. 32.

o Luca 11. 11.

NULLA nobis superest dubitandi ratio, quin nos adhuc diligas; qui optimum, quod habes donum, quotidie nobis largiris. Quod si de tua charitate ambigere non licet, nec de immensa tua liberalitate hecbit. n *Qui enim proprio filio suo non pepercit, sed illum dat nobis in cibum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* qui nobis dat quod maius est, quomodo quod est minus negabit? qui filium suum æquè bonum atque ipsummet Pater bonus est, dat; quomodo bona non dabit, quæ à te petimus, vt eisdem obsequia ei præstemus, tanquam filij talis Patris? o *Quis (inquit) ex vobis patrem petit panem, nisi quid lapidem dabit illi: si ergo vos cum sitis mali, nobis bona vobis data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se?* Quomodo autem dabit, nisi panem hunc super substantialem dando: in quo proprij ipsius filij spiritus manet?

Punctum. 3.

Spiritus S.

HINC progredieris ad considerandum, quod in hoc diuino sacramento etià SPIRITVS S. patrem & filium comitetur: omnes enim tres personæ diuinæ sunt vnus Deus; & vbi vna est, simul est etiam altera: & quod vna facit

in crea-

in creaturis, reliquæ etiam faciunt: ita ut in cælesti hoc mysterio iuxta literam impleatur, quod S. Ioan. dixit: *Patres sunt qui testimonium dant in celo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt.* Nam in sanctissimo hoc sacramento tres diuinæ personæ conueniunt, ad reddendū ei, qui communicat, testimonium internū excellentiæ panis viui, quem suscipit. Nam Pater omnipotentia sua facultates animæ corroborat in obsequio diuino; renouatq; testimonium, quod ipse dedit in Baptismo & Transfiguratione, dicēs. qui hic latet *q est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite:* Ipsum excipite, & complectimini, gratiamque & studium, quod vobis hic exhibet, in vestrum vsum conuertite. Accipite eum in Magistrum, Ducemq; vitæ vestræ, in salutem & remedium animarum vestrarum. Ipsemet filius Dei infinita sua sapientia eundem communicantem illustrat; &, quid facere debeat, edocet; illaq; testimonia renouat. quæ, dum in terris versaretur, de seipso reddebat. Aliquando enim ait: *Ego sum via, veritas, & vita: ego exemplar sum,* quod in vestris actionibus oportet vos respicere, & imitari: ut vobis aditus pateat in cælum. Ego sum *veritas,* quam debetis credere & in qua spes vobis est collocanda: ut quietem & solatium habere possitis: sum etiam *vita aeterna,* & beatitudo, quam procurare debetis. *Ego veni ad animas vestras, ut vitam habeatis,* & quidem vitam *abundantiorē,* & bonis omnibus quæ ad satietatem vestram & quietem potestis desiderare, referatam. Præterea verbum diuinum cum Patre suo, tribuunt. Quare, cum ad sacram communionem accedis, cogitare debes, te accedere ad ipsum Spiritum sancti datorem suscipiendum, ipsummet scilicet Dominum, qui Samaritanæ dixit: *t Si scires donum Dei, & quis est, qui ad tuam domum accedit, tu ab eo peteres bibere, & ipse daret tibi aquam viuam;* diuini scilicet Spiritus donum: qui cum eodē Christo Domino in animā tuam ingressus, suum quoq; pro more testimonium præbet diuinæ suæ præsentie: nunc enim tanquā *columba* innocentia & puritate, quam efficit; gemitibus tenerisq; sensus excitatis testimonium præbet: nunc tanquā *ignis* feruentibus amoris affectibus zeloque, quem accendit, idem facit. Omnium autem trium testimonium vnum est: tendit enim ad vnionem charitatis ita inter Deum & animam efficiendam, ut per intimam similitudinem & conformitatem vnus Spiritus fiant.

SVM quoq; testimonium præbent tres illæ res terrenæ, quæ in ipsi? Saluatoris nostri humanitate sunt vnite: SPIRITVS scil. animaq; eius sanctissima: preciosus SANGVIS & AQUA, quæ ex eius latere effluerunt: *scil. n. est credere, eā aquā simul cū sanguine in eundē locū fuisse restitutā, quæ in sa-*

p 1. Ioan. 5

Pater.

q Matt. 3. 17  
& c. 17. 5.

Filius.

t Ioan. 14. 6.

f Ioan. 10. 10

Spiritus S.

t Ioan. 4. 10

Columba  
Ignis.

Aqua lateris  
Christi.



u Ioan. 10.  
11.9.

x Psal. 22.1.

cro ei<sup>9</sup> corpore retinebat: in cui<sup>9</sup> signū miscetur in calice, aquæ pars aliqua ipsi vino, quod postea conuertitur in sanguinem. Idque totum suum præbet testimonium, efficiendo in communicante verum Christi spiritum, la-uacrum perfectum, & animæ puritatem, magnumque cordis feruorem. O supreme Pastor, quæra verum est testimonium, quod de teipso dedisti. dicens: u *Ego sum pastor bonus. Bonus Pastor animã suam dat pro ouibus suis. Ego sũ ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Verè bonus es pastor, qui oues tuas diligis, vocas, & vt sequantur allicis; quibus temetipsum in escam & perum præbes: per te ingrediuntur, in te & per te etiam exeunt: ingrediuntur, vt te agnoscant, tibiq; vniantur; per te exeunt ad laborandum; obsequij tui causa: id quod præstant gratia & viribus, quas illis hoc tuo pasto communicas. Si te pastorem habeam, quid mihi deesse potest? Dominus, vt ait Dauid) x *regit me, & nihil mihi deerit: in loco enim fertilissimæ pascuæ me collocauit, vbi omnibus bonis me pascit, quæ in cælo sunt & in terra: vt eisdem gaudens per fidem in terra, fruatur postea clara visione in cælo, Amen.*

#### CAPVT IV.

*EX EFFECTIBVS ET FRVCTIBVS SANCTIS-  
simi huius Sacramenti, eius excellentiam agnosci illud-  
que ad omnium diuinarum vocationum per-  
fectionem obtinendam,  
conferre.*



**A**LTER modus cognoscendi excellentias diuini huius Sacramenti est, ex *effectibus*, quos efficit in animabus. quemadmodum arbor ex fructibus, quos profert, agnoscitur: qui tamen effectus duplici alia via deprehenduntur, simili illis, quas supra posuimus: altera via est per ea, quæ ipsa fides docet, & meditatio cœlesti lumine illustrata assequitur: altera verò per ea, quæ quisque, cum dignè communicat, in se ipso experitur. quoniam verò prima via medium est, quo veniamus ad secundam, (nam fructuum cognitio ad eorundem æstimationem ac desiderium permouet) desiderium verò nos excitat ad eosdem procurandos: aperiemus prius, per meditationem; quod fides de suprema Sacramenti huius efficacitate nos docet: nam quò illud in exteriori specie est minùs, eò est in virtute interna maius: ob tot, adeoq; cœlestes res, quas in se includit, ex quibus tanta eius prouenit efficacitas. Quo nomine dicere licet: iure optimo Christum Dominum Nostrum dixisse: a *Simile esse regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminabit*

o Matt. 13.31

in agro

*in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, manus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres caeli veniant, & habitent in ramis eius.*

Cui autem magis aptari potest hæc parabola, quam sanctissimo altaris Sacramento, in quo ipsemet Rex cælestis manet, cum omnibus diuitijs, quas habet in suo regno, & omnibus titulis ac medijs ad illud nobis comparandum: nam sacrae hostiæ particula aliqua, quantitate minor, quam sit granum sinapis, missa tamquam sementis in coriusti, stupendam habet virtutem ad efficiendum, ut is crescat, fiatq; arbor eius altitudinis, cuius sunt cedri libani, variosque virtutum proferat ramos, in quibus etiam ipsi Angeli recreentur, & exultent. Hoc diuinum Sacramentum est, quod conseruat, adauget, perficitque gratiam, quam cætera sacramenta tribuunt. Nam teste S. Dionys. *non contingit aliquem perfici perfectione Hierarchica, nisi per diuinissimam Eucharistiam*, per eius scil. vsum: per eam. n. omnes Christianæ perfectionis gradus obtinentur: eò quòd in ipsa contineatur omnium eorum author: qui eos communicanti largiri desiderat. Nam, qui sanctitatis & perfectionis fontem largitur: quomodo nascentes ex eo effectus, sanctitatis gradus non communicabit? Ex quo fit, diuinas ad omnes Christianæ perfectionis gradus vocationes, de quibus hactenus fuit sermo, & in posterum fiet, omnes suam excellentiam & finem, in quem tendunt, obtinere per diuinum hoc Sacramentum, quo illæ adiuuantur, ad executionem eorum omnium, quæ hoc sacramentum inspirat: quemadmodum per earum præcipuas discurranti apparebit.

§. I. *Sacram Communionem augere Fidem & Spem.*

QVONIAM prima Christiani hominis vocatio est, ad firmissimè credenda omnia fidei Catholicæ mysteria, ex quo vita eius & solatium spirituale dependet, cum *b. iustus ex fide vivat*: id eò primus diuini huius Sacramenti fructus est, hanc vocationem perficere, & fidem augere: id quod duabus perficit vijs. non enim sine causa, per excellentiam appellatur MYSTERIVM FIDEI.

PRIMUM, quia sanctissimum hoc Sacramentum veluti summa quædam est, in qua præcipua mysteria, & articuli diuinitatis, & humanitatis Seruatoris nostri continentur: & quoniam vnaquæque virtus viuit, conseruatur, & augetur, propriorum actuû exercitatione, id eò in hoc diuino Sacramentoinuenit FIDES vitæ suæ nutrimentum, eò quòd magnam in eo occasionem habeat actus suos excellenter exercendi: abnegando proprium iudicium. Quare in eius præsentia constituto, extimulanda tibi est fides, & cum Sancto Petro dicendum: *tu es Christus filius Dei vivi*; & cum S. Martha: *utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi*, qui, nostræ reparationis

Eucharistia  
semen &  
fectionis.

de Eccle.  
hierarch. c. 3.

b Haba. 2. 4  
Heb. 10. 38.

I.  
Fides.

Mat. 16. 16  
Ioh. 11. 27

causa,

causa, *in hunc mundum venisti*. Tu meus es creator, meus saluator, & glorificator: tu es qui Spiritus sancti opera fuisti conceptus & ex sanctissima semper Virgine Maria natus, crucifixus, & mortuus; qui resurrexisti; & ascendisti in cælum; qui venturus es ad me iudicandū, & nūc venis in hoc sacramento mea salutis causa: *Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel: O Sanna, salua me in excelsis.*

c Matt. 21. 9

f Ioan. 6. 35.  
Tract. 25. in  
Ioan.

ISDEM fidei actibus sumitur etiam spiritualiter hoc sacramentum; iuxta illud eiusdem Christi: *Ego sum panis viua: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.* Crede, inquit S. August. & manducaisti. Nam fide viua & amabili eum credēs, immittis spiritualiter in tua viscera, eiusq; admirabiliū virtutū particeps efficeris; credens & amās eius humilitatē, tuā illā facis; credēs & amans eius obedientiā & patientiā, eas tibi apprehendis.

Caro Christi  
fidem perficit.

g Psal. 23. 4

Si cum hac animi dispositione ad communicandū accedas, ipsa communio fructum illū specialem profert, vt fidem adaugeat, & illustrationes tribuat, quibus illa plurimum clarificatur: talesq; spirituales gustus, & interna sensa communicat, vt plurimū eam confirmet. Hoc itaq; mysteriū, quod difficilē ad eō est creditu, efficere solet, vt reliqua faciliē suauiterque credamus, vt ita impleatur illud Dauidis *gustate & videte*. Nam gustatus ipse visionē clarificat. Et quoniā fidei veritates colligatæ sunt, & connexæ, vnus earū gustatus valdē certam reddit reliquarum soliditatē. Et quemadmodum discipuli euntes in Emaus, *h cognouerunt Christum* Dominū nostrum, etiam si peregrini habitu indutū, *in fractione panis*, qui erat hoc diuinū sacramentum: ita cōmunio oculos aperit, ad cognoscendū, quod prius erat valdē occultū. ad hoc enim ait Theophyl. magnam, & indicibilem vim habet caro Christi. Nec (quemadmodū S. August. ait) alienum est, vt credatur, sathanam impedimento fuisse illis discipulis, ne magistrum suum agnoscerēt, id ipso Domino permittente, donec ad sacramentū panis peruētum est: vt intelligeretur, sumptione sanctissimi eius corporis obicem remoueri, vt possit ipse agnosci. & quemadmodum statim atq; Ionathas mel gustauit *illuminati sunt oculi eius*, & recepit splendore ac vires, quas amiserat: ita sumptione diuini huius sacramenti internus animæ aspectus reparatur, vt videre possit, quod antea non nouerat; aut certē modo alio multo viuaciori, quā antea. Accede igitur ad sacrā communionē, dicens eidem Domino, quem suscipis: *k Domine adauge mihi fidē: illumina tenebras meas, meq; diuinis tuis splendorib. reple* Et tunc confide, quod ingressus dicet: *l fiat lux* in hac anima: & statim fiet.

h Luc. 24. 30

In eum locū.  
Lib. 3. de  
consensu Eu-  
ang. c. 5.  
Vide Iansen.  
ibi.i 1. Reg. 14.  
27.

k Luca 17. 5.

l Gen 1. 3.

2.  
Spe.

SECUNDA VOCATIO, quæ cum priori coniungitur, vt confirmetur & augetur virtus SPEI, quæ ob nostram pusillanimitatem debilitari solet. Quæ virtus, cū innitatur Dei promissis; quæ fallere non possunt; & eorum pignoribus, quæ ab illo habemus: crescit mirabiliter ex hoc diuinō sa-

cramen

cramento, cui Christus Dominus noster *sex* adiūxit insignes promissiones, in quib. velut compendio continentur omnes aliae, quæ ad salutē & perfectionem nostrā spectant. Ait enim Ioan. 6. cap. *Qui manducat meam carnē, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo: Sicut ego vivo propter patrem, qui manducat me, vivet propter me, Non esuriet, nec sitiet unquam: Qui manducat ex hoc pane, non morietur: sed vivet in æternum: Et in se habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Quæ possunt promissiones his esse splendiores? & quæ pignora maioris momenti ad ear. firmitatē & securitatem dare nobis potuit, quam diuinum hoc sacramentum? nam quod in eo latet, tantū valet, quantū omnes illæ. Cum huiusmodi ergo promissis ac pignoribus non concipies spem firnam, quod Deus tuas exaudiat orationes, à tuis liberabit periculis, donaq; concedet, quæ in his tibi promissis offert (quod si de tua imbecillitate dubitas, ipsum sacramentum ad hoc tibi datur, vt & illa reparetur.

§. II. *Idem Sacramentum gratiam augere, & feruorem in bonis operibus.*

**T**ERTIA VOCATIO perfectior, est ad GRATIÆ & CHARITATIS vitam recipiendam, quæ per Baptismum tribuitur; aut per pœnitentiam reparatur: imò interdum per ipsam cōmunionē reficitur: quando peccator non potens confiteri, & existimans, se habere cōtritionem, ad hoc sacramentū accedit cū eo tantū dolore, quem Attritionem vocamus. tum. n. gratiæ vitam suscipit virtute cœlestis huius escæ, quæ, quod sit nouæ legis sacramentū, potest in aliquo casu, contritionis defectū supplere. Ad eum modum, quo Philistæi; existimantes se magnū honorem Arcæ Testamenti deferre, n. eam statuerunt iuxta Dagon idolū suū: ad quam earū intentionem respiciens Deus, nō destruxit ipsam aram; nec voluit ipsam Arcā euanescere; ne tamen voluit tam indignū comitem eam habere: sed idolū ex ara deiecit, & abscisis capite & duabus palmis manuum, truncum iacere super terram. Ita quando bona intentione diuinū hoc sacramentū in altari cordis tui collocas, in quo idolum est peccati mortalis, te id sine culpa non aduertente: non irascitur ipse Dominus, nec euanesceat ex anima tua, sed idolum illud deiiciet, abscindens eius insolentiam, ne tibi amplius noceat.

SED huiusmodi casibus omisiss, vt pote raris, proprius Eucharistiæ effectus est, hanc vocationem perficere, cōseruando. vt S. Thom. ait, & augendo gratiam, quam alia sacramenta tribuerunt: In quo multum adiuuat sacramentum Confirmationis, vt cum firmitate in perfectione crescāt: quam qui illud suscipiunt, profitentur. Siquidem absque sacra cōmunionē non poterit, ad eius fastigium perueniri: iuxta ipsius Saluatoris sententiam dicentis: *o Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem*

habet

m Ioan. 6.  
57. & c.

S. Thom. 3. p.  
1. 80. a. 4.  
ad 5.  
Gratiæ &  
Charitas.

n. 1. Reg. 5. 2.

4.  
3. par. q. 79.  
a. 1.

Ioan. 6. 54.

lib. 4. in  
Ioan. 6. 14.

p Luc. 8. 55.  
Matt. 9. 25

q Exod. 12. 7

r Ioan. 6. 49.  
52.

s Psal. 104.  
37.

t Apoc. 20.  
14. & 21. 2.  
Tria bona  
S. Euchari  
visti.  
u Gen. 2. 9

*habet vitam aeternam.* Quemadmodum enim corporis vita absque cibo & potu corporali conseruari non potest: ita spiritalis animæ vita absque carne & sanguine, quæ in diuino hoc Sacramento ad eius nutritionem datur, conseruari non poterit: cum eo autem poterit vsq; in vitam aeternam: quia à morte, quæ ob culpam incurritur, præseruat. Quod pulchrè expendit Sanctus Cyrillus, dum prædicta verba exponit: Quoniam caro (inquit) Saluatoris vnita est verbo diuino, quod est ipsamet vita, fit, vt nos illa viuificet, cum eam sumimus. Ob eam enim causam, cum Christus Dominus noster mortuos resuscitaret, non solum verbo & imperio tanquam Deus vtebatur; sed nonnunquam eos etiam sua carne tangebatur. nam filia Archisynagogi *tenens manum* dixit: *Puella surge*: vt intelligeretur, etiam eius corpus vitam dare posse. si igitur mortui, tactu corporis eius resurgunt: quomodo non viuemus nos carnem eius manducantes? quemadmodum aqua, quamuis natura sua sit frigida, cum tamen igni coniungitur, frigiditate reiecta, ignis calore feruet: ita nos quamuis natura corruptibiles, tamen participatione vitæ, quam nobis viuifica Domini nostri caro confert, erimus immortales. Quare æquum fuit, vt non solum anima beatam vitam per Spiritum sanctum consequeretur; sed corpus etiam hoc terrestre, gustu & tactu eius visibilem hunc cibum percipiens, immortalitatem obtineret. Quis Habraos à morte præseruauit, cum omnia Aegypti primogenita perierunt? an non id factum propterea est, quod illi agni carnes comederunt, eiusque *q sanguine virumque possem & superliminaria domorum*, in quibus comedebatur, tangebant? an non figura hæc erat vitæ? quam dat nobis caro & sanguis Christi Domini, quem agnus ille referebat? hæc ferè Cyrillus. Ex quibus diuini huius sacramenti efficacitas cognoscitur, in conseruanda ac perpetuanda spiritali animæ vita; & suo tempore etiam corporis. Id quod amplius ipse Christus Dominus exposuit, cum dixit Iudæis: *r Patres vestri manducauerunt Manna in deserto, & mortui sunt: si quis verò manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum.* Quamuis enim Manna esset cibus medicinalis, & à morbis eos præseruaret, qui illud in deserto comederunt, iuxta illud Dauidis: *s Et non erat in tribus eorum infirmus*: non tamen ex senectute & morte eos liberauit. Hoc autem diuinum sacramentum potens est animam à tribus his spiritalibus miserijs liberare. A *morbis* scilicet, quæ sunt peccata lenia, siue ex malitia, siue ex consuetudine, & à *senectute*, hoc est torpore, & virtutis tædio; & à morte, quam S. Ioannes *primum* appellat, & à *secunda*, quæ est mortale peccatum, & infernus: ac proinde potens est efficere tria bona tribus his malis contraria: salutem scilicet animæ spiritualem, spiritus vigorem, & in gratia perseuerantiam, donec vitam consequatur aeternam. Quam ob rem merito potest comparari u *ligno vita*, quod erat in medio

para-

paradisi terrestres, quod omnes hos effectus in corporibus efficiebat, præseruans illa à corruptione, & reparans (vt ait S. Thom.) naturalem eorum vigorem, ac iuuentutem renouans: quæ ratione eorum vitam perpetuam reddebat, donec iustos Deus in cælum transferret. Quid ergò mirum, si arbor hæc vitam det æternam, sanet, renouet, animasque confirmet, donec in cælis collocentur. Hoc Domini corpus (ait S. Bernard.) agrotorum est medicina, peregrinantium leuamen, debiliū confortatio, fortiumq; lætitia. Hic cibus est, quem Zacharias (vt LXX. verterunt) appellat *x frumentum iuuenū,* & *vinum germinans virgines,* eò quòd spiritualem iuuentutem conseruet, & à senio & corruptione præseruet, ac puritatem & integritatem communit in carne, & in spiritu. Ac propterea canit Ecclesia: *Introibo ad altare Domini; & sumam Christum, qui renouat iuuentutem meam.*

Ex his apparet, quòd hoc diuinum Sacramentum plurimum exaltet, perficiatque alteram illam vocationem ad bona opera exercenda: proferens nimirum fructus dignos pœnitentia, & dignos perfecto Christiano: & efficiens, vt omnes fructus sani sint, recentes, diuturni, ac valde copiosi: quibus salus, renouatio, ac reformatio ipsius spiritus constanter ad finem vsq; vitæ conseruetur, & augeatur. Eius enim virtus est quasi arboris cælestis paradisi: de qua S. Ioannes ait, quod adferat *y fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum,* siue alij sint, atque alij; siue ijdē, singulis mensibus renouati: ne vnquam fructus recentes desint. quid autem hoc aliud est, quàm docere nos diuinæ huius arboris vim & efficacitatem in eo, qui dignè communicat? Ne hæreas propterea quod agnoscas te, ex te ipso esse arborem sterilem ac inutilem. Nam etiam *z oleaster si in bonam oliuam* inseratur, proferet (vt ait Apost.) fructus bonos, ac valde copiosos. Cùm igitur Christus Dominus noster *z sit vitis, & nos palmites;* ille oliua frugifera, nos steriles & inutiles: inserere in hanc vitam arborem, vt fauore & auxilio ipsius, fructus proferas, quos ille proferat: nam verè omnes ab ipso proueniunt: ideoque ipsius potius sunt, quàm tui: cùm virtutem ab eo accipias ad eos proferendos. Aliquando proferet in te fructus recentes, inspirando tibi, teque extollendo ad novos orandi modos, & internam cum Deo familiaritatem: nouaque exercitia, quæ prius non erant tibi familiaria. Aliquando ordinarios quidem, & consuetos proferet fructus; sed renouatos ob nouam oblectationem, nouumque in eis exercendis feruorem, ita vt nunquam tibi recentes fructus desint: modò nō te se pares ab hac arbore, sed coniunctus illi permanceas per frequentem communionem: siquidem ipse dixit, *a qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, ego scilicet opus in ipso faciam, ipseque idem faciet mecum. quia vterque vnus erimus spiritus, quernadmodum insertus ramus cum suo stipite.*

s. Tho. 1. p.  
2. 3. a. 3. q. 2.  
Apud S.  
Tho. opusc.  
59. 6. 5.

x Zach. 9. 17

5.

y Apoc. 22. 2

z Rom. 11.

24.

z Ioan. 15. 5.

a Ioan. 6. 57.

b Galat. 5.  
2. 3. 1. ho 1  
2. 9. 7. a. 3  
ad 4.

QVOD si scire velis, qui sint *duodecim* illi fructus, quos fecundissima hæc arbor in te proferet, & quos tu cum eius auxilio producere debeas: memento duodecim illorum, quos Apost. b *fructus spiritus* appellat, in quibus reliqui omnes continentur: & intellige eos in sacra Communione valde excellenter erumpere. Fructus eius est CHARITAS, quæ nos intimè cum Deo coniungit; GAUDIUM in Spiritu sancto, quod cor ipsum latificat, atq; confirmat; PAX, quæ exsuperat omnem sensum, pacificans carnem & spiritum, & humanum spiritum cum diuino; PATIENTIA, quæ in laboribus & tribulationibus exultat; BENIGNITAS, quæ omnibus beneficit, etiam hostibus; BONITAS, quæ suauiter se reddit illis amabilem; LONGANIMITAS, quæ diu sustinet, ac sperat; MANSVETUDO, quæ iram cohibet; FIDES, quæ certissimè credit, quod DEVS reuelauit, & confidit, se obtenturam, quæ idem promisit; MODESTIA, quæ omnes exteriores corporis motus componit, ac moderatur; CONTINENTIA, quæ passionum impetus intra legitimos limites continet; & CASTITAS, quæ corpus & animam angelica puritate sanctificat. Omnes deniq; virtutes & heroici earundem actus sunt huius sacramenti fructus. Nam quemadmodum vnus idemque cibus corporis, postquam sumptus est, & in stomacho coctus, est capitis, manuum, pedum, ac reliquarum partium corporis nutrimentum: quæ omnes, hoc recenti subsidio accepto, nouas sentiunt vires ad proprias actiones exercendas: ita spiritualis hic cibus spiritualiter, vt decet sumptus, est nutrimentum charitatis, humilitatis, obedientiæ; ac cæterarum virtutum; quas iuuat ad fructus suarum actionum cum renouatione quadam & perseuerentia producendos: ita vt nec, quod continentur, desinant esse recentes: nec quod recentes sint, continui esse desinant in omnibus duodecim anni mensibus, totius videlicet vitæ decursu. Et hoc modo licet intelligere, quod Christus Dominus noster dixit, *qui manducat meam carnem, habet vitam eternam*, sc. in seipso: quia vitam quandam viuere potest, quæ sit imago æternæ & beatæ vitæ. eum in modum, quo ipsi beati cœlestem suum cibum semper sumunt absq; vlllo tædio, sed cum recenti potius & cõtina oblectatione: Quia semper vident Deum cum summo gaudio, nec vnuquam ex eius aspectu defatigantur: potius recens accipiunt gaudia accidentaria, vt eorum gloria aliquo modo renouetur: ita, qui, vt oportet, communicat, noua semper gratiæ augmenta obtinet; & nõnunquam recentes etiam spirituales sensus ac motus, quibus virtutum feruorem renouat.

e Ioan. 6. 55.

§. III. *Præbet etiam in omni spirituali conflictu auxilium.*

MAGNA etiam pars nostræ vocationis eò tendit, vt Christi Ducis nostri milites efficiamur, & aduersus Christianæ perfectionis ho-

ites

stes strenuè pugnemus: ad quod magnum præsidium confert sanctissimum altaris Sacramentum: dum reliqua sacramenta in proprijs eorū munijs adiuuat. nam subsidium præstat ad reliquias peccatorū lethaliū, ac leuium, ipsasque sensuāliū appetituum passionēs, & omnes Dæmonum impugnationes euincendas. Memento quod superius diximus: cum d. *clangerent buccinis sacerdotes coram Arca testamenti, muros Hiericho corruisse*, milites verò *ascendisse, & interfecisse omnia, quæ in ea erant*. quo facto significatur victoria, quam sacramentum confessionis obtinet, cum sacerdotes absolutionis sacramentalis buccina clangunt: quam victoriam plurimū adiuuat diuinum hoc sacramentum, Arca testamenti præsentia significatum: cuius virtute omnes dæmonis vires corrūnt, & inferni potestates tremunt: & ab eodem robur & fortitudinem accipimus, ad omnes eos vincendos: qui stant ab illarum partibus.

SED magis adhuc ad viuum depictum & expressum videbis huius victoriae modum in eo, quod eadem Arca gessit, cum eam sacerdotes portarent in Iordanem: nam *e ingressis eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, steterunt aqua superiores descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescabant: quæ autem inferiores erant, in mare mortuum descenderunt vsquequo omnino deficerent. & sacerdotes qui portabant Arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis, omnisq. populus per arenam aluenum transibat ad alteram partem fluminis, vt promissionis terram ingrederetur*. Quibus docet nos diuinus spiritus excellentem diuinæ nostræ Arcae efficacitatem, ad peccata præterita omninò delenda; ea verò præuenienda, quæ de nouo nos aggrediuntur. Sensim enim mortificantur prauæ consuetudines, earumque reliquæ: donec omninò consumantur: tentationes verò & calamitates, quæ se se insinuant, & submersionem minantur, reprimuntur, & coërcentur, ne nos obruant: non quòd suo impetu nos non tangat: sed quòd nec submergere, nec nocere nobis possint, fauent enim nobis, & adiuuante sanctissimo hoc Sacramento, ad viriliter eis resistendum.

CONSTITUTE itaq; te coram hac diuina Arca tanquam altera Iericho, peccatorum & cupiditatum muro circumdatum, internisq; hostib; plenum; & tanquam torrentem siue fluuium rapidissimum suarum prauarum inclinationum fluentem sequentem: & siquidem potestatem tibi facit absconditū manna comedendi, comede demisè & confidenter: sperans, ipsius præsentia continendam tuarum passionū furiam, tuisq; lapsibus finem imponēdū. Si terret dæmonis furia, cuiusq; tentationū terribilitas; hoc Manna comede q̄ timores expellit, pusillanimes corroboret, magnumq; animū in periculis addit. Si carnis passionēs, & effrenis sensuālitatis ardores te oppugnant: hoc Manna comede, qui huiusmodi impet̄ frāgit & ardores extinguit: vt spiritu

Tract. 3. c. 8.  
c. 1.  
d Iosue 6.  
16. 20.

c Iosue 3. 15.



f Num. 11. 9.  
vide Viegas  
in Apoc. 2.  
fctio. 4.  
Ros de no-  
cte.  
g Pf. 90. 5

h Num. 11. 9  
i Exo. 16. 14

Manna  
mundum.

k Dan. 3. 50.  
92.

Rosrefri-  
gerat.

l. Ioan. 4.

Christu. bel-  
lator fortis.

m Matt. 10.  
34.

Luca 12. 51.

præualeat, & victoriam obtineat. non enim absque mysterio, de antiquo illo Manna diuina refert scriptura: *f cum descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Manna.*

QVID est autem aliud, descendere rorem *supra castra*, quàm de cælo descendere, vt esset pugnantium cibus, quos ad pugnam confortaret, dulcique victoria remuneraret? Et quid aliud est *de nocte descendere*, quàm ad solatium dirigi eorum, qui tentationibus premuntur: (quas Dauid *g timores nocturnos* appellat) timidis animos addens, tristesque consolans: propterea enim fuit institutum in nocte passionis, quæ tota fuit tristitijs plena. Quid verò sibi vult, quod simul *h cum Manna ros descenderet i in similitudinem pruina super terram*, mollem scilicet terram quasi pruina vel glacie operiens, ne ipsum manna terræ commisceretur & macularetur? O altissimum, & supremum Sacramentum: quod statim atque ingrederis animam, à carne & rebellis sensualitate oppugnatam, iumittis congelatum rorem & glaciem quandam de cælo, quæ eius ardores refrigerentur, tentationumque importunarum vehementia temperetur.

Hic est *ros ille*, quem *k Angelus similis filio Dei misit in fornacem* illam Babylonicam, in quam tres illi viri cõiecti fuerant, ne *ignis eos contristaret, aut molestia quidquam inferret*. Si igitur in media hæc fornace constitutum te & impugnatum videris ab his flammis, stude tecum habere filium Dei viui, qui est in hoc sacramento, à quo cælestis hic ros fluat, qui eas extinguat, teque refrigeret: ne tibi noceant, aut molestiam inferant. Scis bene: nolle eum, Manna luum molli terræ commisceri: non enim bene coherent solatia cælestia cum terrenis delicijs: si itaque has terrenas contempnas, descendet ros diuinæ gratiæ, quia eas dissipabit: vt sis tu capax cælestium consolationum.

DENIQUE si, vt oportet, communices, noli demones timere: ad te enim sententia illa Ioannis spectat: *l uicisus Antichristum: quoniam masor est, qui in uobis est, quam qui in mundo*. Quid enim cogitas te facere, cum communicas, nisi in domum animæ tuæ magnum quendam ducem, & infinitæ potentia bellatorem iumittere: qui diuinæ suæ inspirationis gladio tuas passionis iugulet; tortemque armatura, qui eisdem te impugnabat, expellat? cogitandum itaque tibi est, cum ad te ingreditur, eum tibi dicere, quod suis discipulis dicere consueuerat, *n nolite arbutari, quia pacem ueni mittere in terram: non ueni pacem mittere, sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & cognatos & amicos ab inuicem*: quando alter alterum à meo seratio retrahit. Ne existimes, o anima, quæ me in communionem suscipis, uenisse me ut mundi huius pacem intra te constituerem: non ad pacem talem, sed ad pugnam ac diuisionem in te constituendam ueni. meo enim auxilio aduersus inordinatas tuas af-

fectio-

fectiones, tibi pugnandū est; & ab eis, & perforis, rebusque omnibus discedendum tibi est, quæ te à tua vocatione reuocare contendunt. Ego ipse gladius ero, quo sis pugnatura: cui si innitaris, vincere omninò poteris.

NE autem nouum quid reputes, quòd hoc diuinum sacramentum simul sit panis & gladius, audi mysticum quoddam somnium, quod diuina refert scriptura de quodam milite, qui dicebat cõmilitoni: *n vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian (qui populi Israel hostes erant) descendere: eaq; percutere atque subuertere. Respondit autem is, cui loquebatur, tanquam interpretis: non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius.* O sacramentum diuinissimum, quod simul es panis & gladius; Manna, quia spiritui indulges; gladius, quia virtutes à vitijs leparas; & framea, quia occidis ac destruis omnes hostes animæ, ad quam ingrederis, passiones eius subiciens; tentationes superans, fugans dæmones; ac de tuis omnibus hostibus triumphans. Somnium, eiusq; interpretationem cum Gedeon audiuisset, (ait eadem scriptura) adorauit; & reuersus ad castra Israel, ait: *surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.*

QUANTO igitur magis est rationi consentaneum, nos magnum restituere animum ex veritate, quam hoc somnium significat? diuinus enim hic panis, gladius est veri Gedeonis, ducis populi Christiani: cuius virtute tradet tibi DEVS omnia dæmonis castra; vt omnes te oppugnantes hostes dissipet. & qui hunc panem comedunt (ait S. Chrysostr.) *tanquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedunt, facti diabolo terribiles.* Ac propterea diuino precepto obligamur, ad sumendam communionem, vbi adest periculum mortis: quia enim tunc pugnae sunt acriores; & media, quibus ad nos euertentur os sathanas vitur, magis tremenda; si nos ipsos hoc viatico munuerimus, fortiores ad eum vincendum euademus. Et propter eandem causam olim (vt S. Cyprian. aduertit) non permittebantur Christiani ad martyrij cõflictum accedere, quin prius hoc sacramento munirentur: vt CHRISTVS Dominus nos ter & pugnaret in eis, & per eos vinceret Tyrannos omnes.

SED non est existimandum, diuinum hoc Sacramentum semper in prima communionem hæc stupenda facere. Nam quemadmodum Arca testamenti diuerso modo, illa miracula, quæ supra retulimus, edidit: alterum in ipso primo accessu sacerdotum ad Iordanem. statim enim atque eorum pedes aqua tetigerunt, absque vlla mora sunt in duas partes diuisa: sed in altera, non statim atque Sacerdotes ad Iericho peruenerunt, muri corruerunt; sed postquam septies buccinis clangentibus ciuitatem circuiissent.

n Iudic 7.1:  
S. Sacra-  
mentum pa-  
nis & gladi-  
us.

Homil. 61.  
ad pop.

S. Sacra-  
mentum  
viaticum.

Deus sensim sine dona largitur.

Ex quo duos modos intelligemus, quib. Dominus noster utitur ad indulgendum nobis in hoc sacramento. Aliquando enim in mensa sua largitate utens, vel in momento ditat pauperem, a periculo eripit, hostesque eius in fugam conuertit, insultuum & conflictuum eorum vim & furiam corpefcendo. Ut plurimum tamen hoc ipsum facit sensim, ut nostram probet perseverantiam; augeatque merita ex diuturnitate pugnae, ut eod sit maior corona. Non itaque abijcias animum, etiam si frequenter confitearis & communices: & muros adhuc Iericho stare videas, carnisque tentationes ac passiones adhuc viuere. Sed quemadmodum sacerdotes illi, etiam si nullam in muris Iericho mutationem viderent primo die, nec secundo, aut tertio, nec ipso sexto: à circueundo tamen non destiterunt: ita tu fideliter persevera, communionem frequentando; & quamdiu Deus voluerit, pugnam sustinendo: nam, cum minimè cogitaueris, deiciet ipse hos muros, dabit tibi integram de tuis hostibus victoriam. Quod si voluerit, hanc pugnam durare per septem dies omnes scilicet tuæ vitæ, nec propterea animum abijcias, nam in ipso fine dabit tibi Deus pacem, simul cum æterna victoria.

§. I V. *Etiam efficit perfectam cum Christo unionem & similitudinem.*

Homil. 2. ad pop. in fine. o 4. Reg. 2. 9. 15.

VENIAMVS nunc ad supremam Christiani hominis vocationem, quæ in perfecta cum Christo Domino vniione & similitudine consistit: quæ in summo gradu obtinetur per feruentem Communionem, cuius præcipuus fructus est, comunicantem transformare in ipsum dominum quem sumit, per intimam amoris vniionem, cum eximia heroicarum eius virtutum imitatione, ita ut (quod etiam superius diximus) fiat alter Christus, non equalitate, sed consummata similitudine. Nam quemadmodum (ait S. Chrysost.) Elifeus pro maxima hereditate, Eliæ Melotem suscepit; & cum ea feruentem eius o spiritum quem scriptura duplicem appellat: *Et erat posthac duplex Elias: Et erat sursum Elias, Et deorsum Elias.* vnus scilicet in cælo, ad quem fuerat raptus; & alter in terra, spiritu indutus eius discipulus, qui & propheta- bat, & miracula sicut ipse Magister edebat: ita etiam, quando CHRISTVS Seruator noster in cælum ascendit, hereditatem reliquit Ecclesiæ suæ, & cuius eius iusto, preciosissimam carnis suæ vestem: quamuis non propterea seipsum illa spoliavit, sicut Elias pallium suum dimisit: simul enim in cælo est, & in terra in diuino hoc sacramento: cuius sumptione facit nos alterum Christum similitudine: duplicem nobis spiritum tribuens, amoris scilicet Dei, & amoris proximi; spiritum fugiendi malum, & bonum prosequendi; spiritum exercendi opera vitæ actiua, & opera vitæ contemplatiua; spiritum mortificationis, & orationis; spiritum faciendi, & docendi: denique spiritum gratiarum & virtutum in proprium nostrum commodum: & gratiarum gratis

Spiritus duplex ex variis.

data-

datarum in commodum aliorum: ita vt per virtutem sacrae communionis discipulus fiat perfectus, sicut est magister eius; eaque faciat admiranda opera, quae ille fecit. nam quemadmodum p *Eliseus pallio Eliae diuisit aquas Iordanis*, sicut eius magister diuiserat; sic cisq; pedibus transijt ad filios Prophetarum: qui videntes hoc signum, dixerunt: *requieuit spiritus Eliae super Eliseum* ita etiam virtute carnis Christi, quam in communionem sumimus, omnes difficultates superabimus, quae occurrunt ad perfectionem obtinendam a deoq; praecleara opera faciemus; vt reliqui iusti propterea dicant vere spiritus Christi requieuit super hunc hominem: qui iam ipse non viuit; sed viuit in ipso Christus & per eum hoc tempore facit, quod per seipsum faciebat, cum in mundo viueret. Sed quemadmodum idem Eliseus, prius quam Eliae pallium acciperet, q *vestimenta sua diuisit in duas partes*: ita qui grandia huiusmodi opera facturum sit in virtute vestis Christi, eius scilicet carnis sanctissimae, diuidere debet ac mortificare suam propriam, ac rebus temporalibus & perituris renunciare: nam supra vestem carnis peccatis maculatam, & in suis passionibus integram, non potest aptari vestis purissimae carnis Saluatoris: neque noui hominis & caelestis Adami veste cooperire se potest, qui non lacerat exiitque vestem veteris hominis & Adami terreni.

QVARE ad perfectam hanc similitudinem spectat, vt quemadmodum Christus Dominus noster simul est in caelo & in terra; hic tectus humili velo sacramenti; in caelo vero detectus cum omni sua gloria & pulchritudine: ita etiam qui frequenter dignè comunicat, eò perueniat, vt etiam si corpore sit in hac valle lacrymarum, tractando & agendo cum hominibus: spiritu tamen *conuersetur* ( vt ait Apost. ) *in caelo & paradiso deliciarum*, cum Deo agens & cum Angelis eius. Et similiter quo ad exteriora vitam ducit communem & ordinariam, in habitu humili & contemptui exposito: quo ad interiora vero vitam agit singularem valde, & extraordinariam, luce & splendoribus plenam: ita vt, cum sacram Communionem expectat, dicat illud, quod idem Apostolus subiungit: *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, vt illud configuret corpori claritatis suae*. Imprimendo scilicet carni nostrae & animae qualitates, & gloriosas carnis suae proprietates: vt & caro nostra subiecta sit & vnita spiritui; spiritus vero firmissimè cum Deo suo coniunctus.

p 4. Reg. 2.  
14.Spiritu  
Christi vi-  
uimus.

q sup. ver. 12

Exuendus  
veteris homor Philip. 3.  
20.  
Intus mag-  
nus, foris  
paruus.

## CAPVT V.

## VISITATIONES CHRISTI D. N. IN SANCTIS.

*Primo Sacramento, earumq; effectus: & septem considerationes circa eas.*



**M**EDITATIO reliquos diuini huius Sacramenti effectus assequatur, cōiiciendi sunt oculi in varios modos, quibus magnus noster Deus a, (*cuius deliciae sunt, esse cum filiis hominū*) dignatus est eos visitare, vt arctiorem cum eis familiaritatē cōtraheret. eos autem modos ad tres præcipuos reducere possumus. *Primus* fuit per Incarnationis mysterium: quādo *b per viscera misericordiae suae* (vt dixit Zacharias) *visitauit nos oriens ex alto*, factus homo, vt cum hominib. conuersaretur: & per triginta trium annorum spatium multas in varijs locis visitationes fecit, in magnum eorum commodum, quos visitabat: Cum autem necesse esset eum in cælū ascendere, non potuit immensa eius charitas prætermittere, quin filios ac discipulos suos, quos in terra relinquebat, visitaret; modo licet à priori illo valdè distincto, formam induens cibi in hoc diuino Sacramento, in quo omnes terræ prouincias, & loca visitat; & singulos etiam homines, qui suscipere ipsum velint: faciens in hoc visitationis modo effectus illos, quos faciebat in priori aduentu: cui tertium etiam adiungit aduentum inuisibilem, **DEI**, quā **DEVS** est, proprium: cum scilicet animas visitat. non quod veniat de nouo ad locum, in quo prius nōn esset: quia ipse immutabilis est, & in omni loco præsens: sed quod de nouo in eis incipiat aliquos gratiæ suæ effectus producere, quos prius non faciebat: quemadmodum in alio loco ostendimus.

De his visitationibus intelligitur illud spōsæ: *b Ecce dilectus meus venit saliens in montibus, transiliens colles.* Veniens ad redemptionem, (ait S. Gregor.) quosdam saltus dedit. nam de *calo* venit in templum; de *templo* in *Aegyptum*; de *Aegyptio* in *Nazareth*; de *Nazareth* in *Jordanem*; & inde in desertum; ex *deserto* in ciuitates *Iudae*; & *Galilae*; & ex eis venit in *crucem*; ex *cruce* in *sepulchrum* & *lymbum*, vnde iterum redijt in terram; & ex terra ascendit in cælum. Nec tamen ab his saltibus adhuc desistit: cum quotidie ex cælo saltet ad hoc sacramentum, nunc in hac Ecclesia, nunc in illa, & in ipso sacramento salit ad hominum diuersorum pectora, omnes visitans ad suum erga eos studium ostendendum, eosque ditandos. Quamuis autem dicatur *salire*, vt veniendi celeritas, & latitia indicetur: simul tamen cum ea grauitate & quiete venit, vt tam diu apud singulos hæreat, quam diu illis est vtile. de eo enim scriptum est: quod esset *c quasi colonus futurus in terra* & *quasi viator declinans ad manendum*. venit enim quasi peregrinus & viator,

venit

a *Prou. 8. 31.*

b *Luc. 1. 78.*

*Tres visitationes Dei.*

*In Ductis spiritus tract. 1. c. 20. c. Cant. 2. 8. Homil. 29. in Euang. circa finem.*

*Christus exultat.*

c *Iere. 14. 8.*

quia propria eius habitatio non mundus est, sed cœlum: vnde ad terram descendit, tanquam transiens vt redeat in cœlum, iuxta illud quod dixit in nocte vltimæ cœnæ: *d vado & venio ad vos*; venit enim, cum Sacramentum consecratur; vadit verò, cum sacramentales species consumuntur; vadit quia homo est; sed manet, quia Deus; discedit interdum, quoad fauores sensibiles, manet verò, quoad gratias & dona virtutum, quas largitur. Et quamuis quoad externum apparatus veniat tanquam viator & peregrinus, sicut princeps, qui habitu mutato aliquò proficiscitur; secum tamen suos thesauros adfert, quos liberali manu ijs largitur, quos visitat.

§. I. Septem insignes Saluatoris nostri visitationes.

**Q**UOD in his sanctissimi Sacramenti visitationibus agitur, licet meditari ex ijs, quæ facta sunt in septem insignioribus visitationibus, quas CHRISTVS ipse Dominus noster in mortali hac vita peregit: circa quas septem subijciam considerationes, quæ vsui esse possint ante & post sacram Communionem, & Missæ sacrificium in septem hebdomada diebus.

**D**OMINICA die considerabis primam verbi diuini visitationem, quando in vtero Virginis factus est homo: ad quam visitationem ipsa Virgo sanctissima se preparauit profundissima *humilitate*, ingenua *resignatione*, & perfecta *obedientia*, quam verba illa eius ad Angelum significant: *e Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. cui verbum diuinum tantum gratiarum, donorumque cœlestium in primo illo ingressu communicauit, vt ipsa agnouerit maiestatem eius, quem in suo vtero concepisset. Qui statim illi inspirauit, vt cum festinatione ascenderet in montana Iuda, in domum Zacharia. vbi heroica præstitit *humilitatis & charitatis* opera. In hunc ergò modum preparare te debes, ad visitationem excipiendam, quam tuus Saluator facturus est, dum communicas: dicens illi: vnde hoc mihi, Domine, vt cum vilis sim seruus, pane filiorum alar? sed, quia feruus sum, obedire me oportet: quare ad te suscipiendum, quia tu ita iubes, accedo. Et quoniam in ipsa Communionem visitatio renouatur Incarnationis: renouabis & tu feruentes affectus, quibus antiqui sancti, & ipsa Virgo sanctissima illam desiderabāt, ac dices: *f Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. g Visitasti nos in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum: vt bona scilicet experiamur, quibus tui electi fruuntur. h Vitam dirumperes cœlos & descenderes: a facie, & præsentia tua montes diffuerent miseriarum mearum. Quòd si te Dominus ita bene dispositum inuenierit: fauores ac delicias tales visitatione sua tibi communicabit, vt ex eis facile agnoscas i virtutem Altissimi venientis, vt tibi*

d Ioan. 14.  
28.  
Christus vadit & manet.

I.  
Annuntia-  
tio.

e Luca 1. 38.

SS. Patrum  
desiderium.  
f Psal. 84. 8.  
g Ps. 105. 4.

h Isa. 64. 1.

i Luca 1. 35.

Tract. 3. c. 2.

k Iere 31. 2.

13. Reg. 18.

2.

Vestitio.

7. fauores.

m. 1. 0. 1. 1. 1. 1. 1.

m Ioa. 1. 29.

n Luc. 1. 43.

Communi  
antium  
dona 7.

obumbret. Et quod hæc dispositio magis crescet, eò & crecet fauor, & ipsius erga te studium: nam, quamdiu hic sol iustitiæ in breui Iusti mundo est, lux eius est; illumque illuminat & accendit, vt luce & ardore fruatur, quem ipse secum adfert: opere ipso hic etiam præstans, quod Hieremias dixit, vt nos ad pœnitentiam impelleret, vt supra perpendimus: *k Creauit Dominus nouum super terram, femina circum dabit virum.* Quid enim magis nouum, quam hoc diuinum Sacramentum: in quo vir quidam nouus cum eadem magnitudine, qua est in cœlo, latet, panis accidentibus tectus? & hac ratione ad te ingreditur in ipsa Communione, vt in virum alterum te conuertat. Et statim inspirat tibi, vt feruenter ascendas ad fastigium perfectionis, gloriosa obsequij ipsius opera exercendo. Nam quemadmodum cibus & potus corporis generat vitæ spiritus, qui operum naturalium sunt principium; ita cibus & potus spiritualis, carnis & sanguinis CHRISTI, producit spiritus vitæ, non humana, sed diuinæ: inspirationes scilicet & illustrationes, à quibus opera celestia procedunt. Cuius cibi potusque spiritualis virtute ascendes sicut alter Elias *vsque ad montem Dei*, celeriter pergens de virtute in virtutem vsque ad culmen earum.

SECUNDA FERIA considerabis alteram visitationem, quam fecit Christus Dominus noster, cum esset in utero Virginis sanctissimæ: quæ instar læticiæ eum vexit in domum Zachariæ: vt tanquam Redemptor visitaret Ioannem infantem in matris suæ utero manentem, suæque redemptionis fructus eidem applicaret, *septem* ei insignes & excellentes exhibens fauores. Mundauit enim eum à suo peccato; repleuit spiritu sancto; accelerauit ei rationis vsum, ita illum illustrans, vt diuinum verbum agnosceret *incarnatum*, à quo visitabatur, quamuis in utero adhuc Virginis latente; tantam ei attulit lætitiæ: vt præ gaudio exultaret in ipso utero; fecit illum suum Prophetam, qui statim cœpit opere ipso, quasi prophetare ac dicere: *m Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*, & eius causa etiam matrem, in cuius utero latebat, Spiritu sancto repleuit: qui quasi per suæ matris os loquens, dixit verba illa: *n Unde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* cuius visitationis virtute sanctus est ipse abstinens, pœnitens, & contemplationi addictus, ac roboratus ad vitam admirabilem ducendam, quam profectus est postea in deserto.

SIMILES fauores gratiasque tibi exhibebit CHRISTVS Dominus noster, quando te in hoc Sacramento visitabit, tanquam Redemptor: vt priuatim applicet tibi suæ copiosæ Redemptionis fructus. Purificat enim te amplius à tuis peccatis, & minimos quosque vitiorum nœuos, quos humana fragilitas mole corporis prægrauata & præpedita facilius incur-

tere solet, tam piè delet, atque eradit, vt nihil omninò in anima tua prætermittat, quòd diuinæ suæ maiestatis oculos offendere possit, aut quo minùs ipse Dominus noster eam, magna cœlestium consolationum abundantia, inhabitet; Adhæc Spiritu sancto in ea plenitudine te replet, quam tua dispositio requirit; te illustrat, vt ipsum agnoscas, sentiasque, quò antumuis occultus ipse maneat; lætitiæ spiritum cum tantis iubilis infundit, vt extra te ipsum effundere, & exire cupias; vt illi seruias & operibus prophetare, quòd ipse sit Agnus Dei, qui mundo dat vitam & salutem; & ex abundantia consolationis, qua tuus spiritus afficietur, ipsum etiam corpus ad eò sanctificabitur; vt & o cor & caro tua exultent in Deum viuum; & vtrumque benè propensum & affectum maneat ad temperantiam, pœnitentiam, & orationem, reliquasque virtutes cum magna in eisdem constantia & firmitate.

Sed quemadmodum Christus Dominus noster, quamuis per tres menses in domo Zachariæ manserit, ei tamen non statim eandem contulit gratiam, & fauorem; sed mutum reliquit, in pœnam incredulitatis præteritæ: quem tamen in fine etiam Spiritu sancto impleuit; eiusq; os aperuit, vt ob tantum beneficium, Deum laudaret dicens: p *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ*: Ita aliquando aridum te, mutumq; relinquet idem Dominus in sacra Communione, in pœnam aliquorum defectuum antiquorum: sed oportunè replebit spiritu deuotionis: vt nouo feruore illum benedicas.

Denique quemadmodum Arca testamenti in domo Obededom relicta per tres menses, ei benedixit, toti que familiæ ita liberaliter & copiosè, vt Rex David sancta quadam æmulatione dixerit: q *Ibo & reducam arcam Dei cum benedictione in domum meam*: ita quando viua noui testamèti Arca per sacram Communionem ad feruentem iustum ingreditur: tot illum benedictionibus replet, vt alios ad eam suscipiendam alliciat, dicentes: volo me ipsum animare, vt ad Communionem accedam, quò dignetur hic Dominus suam benedictionem mihi etiam, quemadmodum alijs, impertire.

Feria Tertia considerabis tertiam Saluatoris nostri visitationem: cù scilicet visibilis prodijt in *Bethlehem*, (quæ vox domum panis significat) ad mundum visitandum: vbi *positus fuit in præsepio* inter duo animalia, vt intelligeretur venire ipsum tanquam cibum eorum, qui more bestiarum vixissent, vbi etiam fuit à *pastoribus*, & *Magis adoratus*: & *militia cælestis* solennem illum hymnum cecinit: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Quid igitur existimas, animam tuam esse, quòdo comunicas, nisi ipsam *Bethlehè*, ac domum viui huius panis; de cœlo descendens: & quid pectus tuum, nisi præsepium quoddam, in quo positum est verbum diuinum

o Psal. 83. 3.

Gratia Dei aliquando differtur. p Luc. 1. 6.

q1. Reg. 6. 1.

Æmulatione communi- cantium.

3.

Natiuitas. Luc. 2. 7.

(Matt. 2. 1.)



c Psal. 67. 11.

u Luc. 1. 5.  
Serm de  
Rogat.

Tres panes.

in Psal. 89. 11.

x Psal. 93. 5.

y Psal. 21.

27. 30.

Epist. 120.

ad Honorii

c 27.

diuites ado-

rari, paupe-

res satura-

tur.

Homil. 7. 11.

Matth. 23.

tra med. ii.

incarnatum, ut potentiarum sentiumque tuorum sit cibus & alimentum: hic enim locum habet, quod dixit Dauid: *Animalia tua in hereditate tua habitabunt: parasiti in dulcedine tua escam pauperi, Deus.* In hereditate enim Ecclesie tue habitant iusti, qui gregis tui sunt oues, & animalia gubernationi ac directioni tue subiecta: quibus tamen etiam ex se pauperibus, escam preparasti summae dulcedinis, sacratissimum scilicet tuum corpus in hoc Sacramento. Accedant igitur omnes anime tue facultates ad spirituale hoc praeceptum, ut panem quo alantur, accipiant: hic enim Dominus est uanicus ille, qui *tres illos dat panes amico petenti*; qui (ut **SANCTVS BERNARDVS** interpretatur) sunt panes *veritatis*, pro intellectu, quem sanctis implet cogitationibus; & *charitatis* pro voluntate, quam effectibus feruentibus accendit; & *fortitudinis*, pro ipsa carne, quam ad pia opera praestanda corroborat: Ibi in societate Angelorum adstantium cantare licet ipsorum hymnum. Nam in sacra Communionem gloriam das in excelsis DEO; tibi vero pacem in terra obtines, bonamque voluntatem diuinae in omnibus conformem. Eodem accedere debent ipsae tuae facultates cum Pastoribus ac Magis: ut Dominum in praesepio illo iacentem adorent, agnoscentes, summo honore eum esse dignissimum. Nullus enim (ait Sanctus Augustinus) carnem Domini comedit, quin prius eam adoret: de ea enim intelligitur illud Dauidis, *x Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est*: & illud, *y edent pauperes & saturabuntur: manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terra.* Quasi diceret: attendite, quia diuinus hic panis, cibus est pauperum, ac diuitem Pastorum, ac Regum: quos omnes oportet adorare, quando eum comedunt: quia sanctus est, summaque adoratione dignus. Quamuis (ut idem Sanctus Augustinus perpendit, saturitatem Dauid attribuit pauperibus, eo quod auidius & maiori appetitu eum sumant; adorationem vero tribuit diuitibus, eo quod magis in eis resplendeat ratio reuerentiae. Siue autem pauper sis, siue diues; demisse comedas ac reuerenter, saturaberis, bonisque, quae ipse Dominus te inuitans largietur, repleberis. Caue, (ut ait Sanctus Chrysostomus) ne Herodi efficiaris similis, & dicas: *ut & ego ueniens adorem eum.* qui tamen interimere conabatur: huius etenim similes sunt, qui indignè abutuntur Communionem mysterij: nam schemate quidem & externa reuerentia eum adorare videntur; re ipsa vero, & quantum in ipsis est, eum interimunt, quem adorare se simulant. & cum Magi tam longo itinere cucurrerint, ut natum viderent, & adorarent, suaque munera offerrent: cur tu **CHRISTVM DOMINVM** in spiritali situm praesepio, altari scilicet, derelinquis? si te quispiam introducere pollice-

retur

retur ad Regem, vndique conuicantem, atque inter varios tuae pompae ornatus sedentem, an non magna propensione ad eum videndum accederes: etiamsi nullum tibi commodum ex hoc sequeretur? at verò ex hac mensa Regis caelestis fons emanat spiritualium bonorum: quomodo ergò tu illam tam faciliè relinquis? Quare, si mundus es, accede, adora, & communica: excute torporem. Hac ferè Sanctus Chrysostomus.

FERIA QUARTA, considerabis Visitationem quartam, qua Saluator noster ad Hierosolymitanum templum accessit: vt prophetiam impleret Malachiae: *2 Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis; & Angelus testamenti, quem vos vultis; & Aggae dicentis: a Veniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria. Magna enim erit gloria domus istius nouissima, plus quam prima.*

QVOD euenit, vt supra insinuauimus, quando CHRISTVS D. N. templum illud sua praesentia honorauit. Statim enim atque ingressus est, aeterno se patri obtulit oblationem purissimam pro salute humani generis: Sanctumque Simeonem suae lucis radio illustrauit, vt eum agnosceret: qui agnitum cum ingenti amore & reuerentia in suas vlnas accepit. ex quo tantum gaudium & consolationem hausit, vt non cuperet amplius in hoc mundo viuere; sed dixerit: *b Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum Verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Qua igitur magis propria imago esse potest eius, quod in sacra Communione geritur? ante illam enim permittit idem Dominus Angelum inuisibilem, diuinam scilicet inspirationem, qua animam praeparat, ipsum suscepturam: quasi ei dicens: quod canit Ecclesia: adorna thalamum tuum Syon, & suscipe Regem CHRISTVM, qui ad te visitandum, tecumque tanquam in suo templo manendum, venit: iuxta illud Apostoli: *c Nescitis, quia templum DEI estis, & Spiritus Dei habitat in vobis.*

EIVS etiam praesentia erit gloria tua, multo maior, quam fuerit templi Salomonis. Quando enim communicas, Angelum recipis noui Testamenti, omnibus genibus desideratum: quem & ipsi Angeli desiderant prospicere. cuius aspectu beati efficiuntur. Est verò tanta eius charitas, vt non solum potestatem tibi faciat, sicut Simeoni, in tuis vlnis & manibus ipsum suscipiendi; sed etiam, tanquam cibum in viscera tua traieciendi: vt hoc cibo ita satureris, vt viuendi desiderium, mortisque timorem de-

cc  
Frequen-  
tanda S.  
Communis  
cc

z Mala. 3. 1.

a Aggae 2. 8.

Oblatio  
Christi.

b Luc. 2. 29.

c Cor. 3. 16.

d 1. Pet. 1. 12.

ponas: efficit enim, vt, quidquid homines, terrenis immerſi cupiditatibus, indefeſſo labore in hoc miſeriarum, oceano conſectantur, tibi proſus vileſcat, vſque eò, vt animad dolore afficiatur, ſi diutius horum inferiorum contemplationi, ob corporis terrenos affectus, immorari cogatur; ac proinde, anima ſic iubente, & quodammodo impellente, vt ex hoc corporis carcere liberari diſſoluiq; delideres, neceſſe eſt, ſicq; eum clare, & ſine velo videre poſſis.

Homil. 24.  
in 1. Corint.

Viaſicum.

Lib. 6. de  
ſacerdotio.  
e Luc. 2. 34.  
Zelus hono-  
ris Chriſti.

Serm. de E-  
pipha.

S.  
Iſa. 19. l.  
19. 24.  
Fuga in  
Aegyptum.

Lib. 6. De-  
monſtrat.  
Euang. c. 20.  
& l. b. 1. c. 4.

NOMINATIM verò effectum hunc efficiet vltima Communion, qua pro viatico ſumitur. Hæc enim menſa (ait S. Chryſoſtomus) fortitudo eſt animæ, & fiducia vinculum, quare ſi hoc cibo confortatus ex mortali hac vita decedas, cum magna fiducia ad cæleſtem aulam aſcendes, quaſi veſte pretioſiſſima, auro intexta ornatus. Portas enim tecum ipſum cælorum Dominum: cuius intuitu Angeli te comitabuntur, & ad eius deducent thronum.

SED & illud eſt aduertendum: etiam competere huic Sacramento, quod Sanctus Simeon beatiffimæ Virgini de eius filio dixit: *e Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum: & in ſignum, cui contradicitur: & tuam ipſius animam pertransibit gladius.* Hæretici enim illi contradicunt, negantes quod recta fides conſitetur; & peccatores tam exigua illum reuerentia ſumentes, atque ſi merus eſſet panis vt meritò diceret: *mors eſt malis, vita bonis.* Malis enim tanquam lethalis eſt caſus, & petra ſcandali; bonis verò reſurrectio eſt ad vitam, & panis nutritionis & conſolationis. Si igitur hunc Dominum diligis, meritò animam tuam pertransibit doloris gladius: quod eum videas à tot hominibus contemni, ſtudento ex parte tua, magni, vt par eſt, illum facere, & cum ſancto Bernardo dicere: quò vilior pro me es factus: eò eris mihi pretioſior, & charior.

FERIA QUINTA licebit conſiderare quintam Saluatoris viſitationem, cum fugit in Aegyptum, de qua dixit Iſaias: *f Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum; & commouebuntur ſimulachra Aegypti à facie eius. In die illa erit altare Domini in medio terra Aegypti, & cognosceſtur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptii Dominum; & colent eum in hoſtiis, & muneribus: & vota vouebunt Domino, & ſoluent, & benedicet illis Dominus exercituum.* Id quod teſtibus Eusebio & Sancto Hieronymo impleri cœpit, quando verbum diuinum in puriſſima ſua humanitatis nube, & in vlnis excellentiſſimæ rubis Virginiſ eius matris ingreſſum eſt Aegyptum, in cuius ingreſſu ſimulachra & idola omnia Aegypti corruerunt: in ſignum quod ipſe Dominus idololatriam eſſet è mundo extirpatu-

rus; veram autem religionem ibidem plantaturus. Iure autem optimo (ait Sanctus Augustinus) caro CHRISTI comparatur nubi, ut quæ diuinitatis solem obtegat: non ut obscuret, sed ut temperet immensæ eius claritatis splendorem.

OB eandem autem causam nubis similitudo aptatur merito huic diuino Sacramento: in quo panis accidentia splendorem tegunt gloriosi corporis ipsius CHRISTI. Vocatur autem *nubes leuis*, non quod non sit immensarum gratiarum aquis onerata, ad irrigandas & fecundandas animas; sed ob eius celeritatem, qua hinc inde mouetur, ut opus suum faciat. Quæ in animam ingressa, omnes vitiosas rerum mundanarum appetitiones, quæ illam à verò solidoque bono detortam & abactam, in omnium vitiorum turpitudinem præcipitare possent, excindit, omnia idola, omnesque inordinatas affectiones deiecit, sicut g *Arcateamenti idolum Dagôn ex eius altari proiecit*: inserit verò in eadem anima spiritum veræ religionis.

COGITA itaque cum sacram Communionem sumis, animam tuam esse Aegyptum; & cor tuum esse illud altare, in quo ipse Dominus hac nube reclusus collocatur. Quare te ante ipsum prosterne, supplexque ora, ut detestanda tua idola destruere dignetur. Offer illi dona & vota tua: quæ ut reddas, ipse iuuerit, pete ut tibi benedicat, efficiatque ut viamoris eius *dirumpatur* (ut idem Propheta ait) *Spiritus Aegypti in visceribus tuis*; & arefeat spiritus amoris proprii. Et quemadmodum Virgo sanctissima, & Sanctus Ioseph nec laborem itineris sentiebant, nec mansionem in Aegypto: eò quod infantem illum secum haberent, qui tota erat illorum consolatio, & leuamen: ita eiusdem Domini in hoc Sacramento manentis societate, quietus & contentus eris: etiamsi humana consolatio & protectio tibi desint. Ipse enim iummum bonum, vltimusque finis, ad quem obtinendum omnes nostræ contentiones, studiaque referenda sunt; in ipso siquidem omnium consolationum & gaudiorum plenitudo, quæ vel desiderari, vel mente concipi possit perfectissime obtinetur.

FERIA SEXTA considerare licebit visitationes Christi Domini nostri tempore suæ prædicationis: quibus varia erga homines officia præstitit. Nam tanquam *Magister* discipulos suos visitabat, tanquam *pater*, suas oues; tanquam *redemptor* eos, qui in captiuitate tenebantur; & præ cæteris tanquam *medicus*, visitabat ægtotos. Nunc enim ad ipsorum domus se se inuitabat, quemadmodum fecit cum *Zaichæo*: in cuius domum ingressus, dixit: *Hodie salus domui huic facta est*: nunc vocatus & rogatus, ut visitaret, libenter id faciebat:

quem-

Tract. 4. in  
Ioan.

Christi caro  
nubes.

g 1. Reg. 5. 3

h Isai. 19. 3.

6.  
Prædicatione  
Christi.

i Luca: 9. 9.

k Matt. 9.18

25.

Mar. 5.22.

43.

Luc. 8.55.

Lib. 6. in

Luc.

Ioan. 4.

46. 50.

t Math. 8.7.

u Math. 14.

36.

Homil. 51. in

Math.

x Luc. 8.44.

Reuerentia

S. Sacra-

menti.

lib. 3. Maral.

cap. 11.

Spiritalis

Communio.

7.

y Ecl. 24.

45.

Desensus

ad inferos.

quemadmodum fecit cum k *Archisynagogo* : cuius domum ingreſſus, filiam eius mortuam vitæ reſtituit; & ſtatim iuſſit *dari illi manducare*: ad ſignificandum (vrair Sanctus Ambroſius neceſſitatem, qua vrgentur, reſuscita- ti, ſumendi cœleſtem cibum, vt gratiæ vitam poſſint conſeruare.

ALIAS non accedens infirmorum domum, omnipotentiam ſuam verbo, eis ſanandis abſens, oſtendebat: vt fecit cum filio ſ *Reguli*: præcipuè cum illi ob modeſtiam & humilitatem indignos ſe exiſtimabant, ad quos viſitandos ipſemet accederet; ſicut euenit t *Centurioni*, cuius, *puer iacebat in domo paralyticus*.

H V N c ergò in modum cogita, venire Saluatorem ad te viſitan- dum, dum comunicas: & nominatim venire tanquam medicum, iuxta illud Auguſtini: *Magnus de cœlo medicus adueniſti, quia magnus in terra iacebat agrotus*. Aliquando ipſe inſpirat, iubetque, vt ad ſuſcipiendum accedas; aliquando vult, te id deſiderare, & à te rogari. Ingredi- enti verò, mox cum animi demiffione infirmitates tuas aperies: ſua enim viſitatione te ab eis liberabit. Si u *omnes infirmi, quicumque vel ſimbriam eius veſtimenti tangebant, ſaluſ fiebant*: quanto magis (ait Sanctus Chry- ſoſtomus) ad id ſufficiet, tangere & ſuſcipere ipſummet Saluatorem in hoc Sacramento: ex quo virtus exeat, qui tuam infirmitatem ſanet? Tan- ge illum fide, & charitate, quemadmodum illum x *tetignit mulier, qua ſan- guinis fluxum patiebatur*, & experieris virtutem eius in reprimendo fluxu amoris proprii. Ne tangas eum ſicut turbæ, *qua illum comprimebant & affligebant*. nam (vt ait Sanctus Gregorius) qui minus reue- renter cum illo agit, quod in ſe eſt, illum affligit, & nullum ex eo ta- ctu commodum refert. contra verò tanta eſt huius Domini libera- litas: vt, quando præ humilitate & reuerentia, aut ex alia iuſta cau- ſa non poſſis illum ſuſcipere, remuneret te fauore aliquo eorum, quos in ipſa Communione exhibuiſſet. Nam etiam abſens ſolo verbo poteſt infir- mos ſanare; ſic enim ſanitatem nobis per Sacramenta impertitur: vt eius virtus non ſit eis alligata.

SABATHO viſitationem eam conſiderabis, quam ſanctiſſimi huius Domini anima fecit ad animas ſanctorem Patrum, qui detinebantur in lymbo. de quo dicit Scriptura diuina: y *Penetrabo omnes inferiores partes terra, & inſpiciam omnes dormientes; & illuminabo omnes ſperantes in Domi- no*, qua viſitatione lymbum illum in paradilum conuertit: remun- nerans præteritos ſeruatorum ſuorum labores, clara diuinitatis ip- ſius viſitatione. Hunc in modum huius Domini animam noſtram in ſa- cra Communione viſitat; & cor, quod erat inſtar lymbi in imagi- nem conuertit paradili; explens illud: quod promiferat per Iſaiam,

dicens

dicens: *z I nunc alectaberis iuper Domino & cibabo te hereditate Iacob Patris tui.*  
 ipfomet: scilicet Christo, qui est electorum hæreditas; vt incipias in ipsa terra cibum illum delibare, quem tibi præparatum habet in cælo.

Mox licebit visitationes illas perpendere, quas post suam resurrectionem fecit Saluator. Quas aliquando, quasi habitu mutato, vt a peregrinus, aut hortulanus faciebat: donec sensim protracta familiari conuersatione, quis esset ostenderet: alias verò statim se agnoscendum exhibebat suis Apostolis, quibus tum *c vulnera ostendebat*, & vt ea tangerent inuitabat; tum etiam, vt comederent de *fauo mellis*, & *pisce tosto si- per prunas*, & pane quodam prodigiosè facto, dicens eis, *venite prandete*. Quid autem hoc totum erat, nisi figura quædam eius, quod in sacratissimo hoc Sacramento geritur: in quo ipse Saluator, mutato quasi habitu, panis & vini figura tectus, ad te visitandum venit. Quod si in familiari cum ipso consuetudine per orationem perseueres: aperiet tibi oculos animæ, vt eum agnoscas, & præsentiam eius diuinam sentias; diuinique huius conuiuij præstantiam experiaris. in quo piscem tibi porrigit super prunas assum: qui (vt ait Sanctus Augustinus) Sacratissimum eius corpus significat, multis tormentis tostum; & fauum ipsius diuinitatis, cum omnibus suis admirandis perfectionibus; implens omnia tua desideria dulcedine, quam in se continet. Audi itaque vocem tui Magistri dicentis: *venite & comedite*. Et si esuris ac sitis iustitiam: diuinum hunc panem comede, & saturaberis: ille enim est sapientia tua, iustitia, sanctificatio & redemptio tua, illi sit honor & gloria in æternum.

§. 2. *Sanctissimam Eucharistiam lecticam esse Saluatoris, ad has visitationes faciendas.*

**E**XPLICE MV S adhuc amplius harum visitationum Saluatoris nostri thesauros, exijs quæ liber Canticorum refert de mystico illo ferculo siue gestatoria sede, quam fecit sibi Rex Salomon, vt facilius posset per plateas Ierusalem deferri. a FERCVLVM (inquit) fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constravit, propter filias Ierusalem, quod totum præclarum fuit humanitatis CHRISTI Domini nostri symbolum: quam diuinum Verbum sibi ipsi fabricauit, vt in ea inestimabilis gratiæ suæ thesauros ostenderet. Fecit enim eam imprimis ex lignis Libani ob eius sublimitatem, puritatem, & incorruptibilitatem, quibus illam exornauit; columnæ erant argenteæ, ob gratias ac dona Spiritus S.

Tom. 1.

K k k

quibus

z I sai. 58. 14

Luc. 24.

16. 11.

b Ioã. 20. 25.

c Luc. 24.

42.

d Ioan. 21.

10. 13.

Apparitiones Christi.

Tract. 131. in

Ioan.

a Cant. 3. 9

Vide Martin. Debio. qui refert. Alanum pro hac expositione.

quibus illa innitebatur; splendens prædicatione, operibus ac prodigijs, quæ passim edebat. *Reclinatorium* erat *aureum*: ob excellentissimam charitatem, & vnionem beatificam, qua beatissima eius anima fruebatur: *Ascensus* ipsa que sedes *purpurâ* erat induta; quia tota eius temporalis vita ex quo fuit incarnatus, donec expirauit in cruce, cooperta fuit laboribus ita vt, quo magis ætate cresceret, eò etiam magis crescerent labores. Ipsum porro *medium Charitas* occupabat, ipsum scilicet verbum Patris, quod est verus *DEVS*, & ipsamet Charitas per essentiam: eratque in ferculo illo, ac throno quasi sedens; in quo ab vna in alteram partem deferbatur, vt *filijs Ierusalem*, animas scilicet iustas recrearet, doceret, ac in bono promoueret. earum siquidem causa humanitatem hanc induit, vt illi afficerentur, eumque diligerent, sicut ipse illos diligebat, quod clarius exprimit alia lectio, quæ habet: *in medio est ipse, accensus vel combustus, ob filias Ierusalem. in medio* scilicet ipsius ferculi *est ipsemet Salomon accensus*, & ab amore ob filias Ierusalem *combustus*: quia eas desiderata accendere, eodemque amore vrere, vt ament, sicut amantur; gaudeantque videre, & obsequi illi, qui tantoperè illas amat, adeoque ingentia illis bona largitur. Sed cum necesse esset, eum in cælum ascendere; ne hic amor tepesceret, mirabili vsus est stratagemate: sic enim ascendit, vt voluerit etiam nobiscum manere, cooperiens ipsam ferculum, vt possit in eo per ipsum mundum circumferri, ita vt omnes videns à nemine nisi fidei oculis, videretur. Non enim aliud est sanctissimum Sacramentum, nisi ferculum, regiaque sedes veri Salomonis, velo illo externo cooperta, quod exterius apparet, cum intus totum suum habeat ornatum.

*QVEM* si fidei oculis penetres: videbis tibi sacratissimam illam Humanitatem, tanquam *cedrum Libani*, tanti candoris, vt ipsa nix in eius præsentia, nigra videatur; tantæ *pulchritudinis*, vt stellæ ipsæ obstupescant; tantæ *incorruptibilitatis*, maiestatis & fortitudinis, vt Hierarchiæ cœlestes in eius præsentia contremiscant.

*IBI* quoque sunt septem *columnæ* ex argento purissimo: quia secum habet *septem Spiritus S.* dona, omnesque gratias, scientias, & excellentias, quarum supra fecimus mentionem.

*IBI* etiam *reclinatorium* videbis ex auro purissimo: in quo diuinum Verbum reclinatur: excellentissima scilicet *vnio* diuinæ eius personæ cum sacratissima Humanitate: in qua quietem, & requiem suam *DEVS* inuenit, præ omnibus alijs creaturis: ex qua oritur vnio illa accensissimæ amoris, quo sanctissima illa anima verbo ipsi est vnita, factaque vnus spiritus cum eius spiritu.

*IBI* quoque est *Ascensus* ille *purpureus*, qui etsi tantum pœnarum & i-

gnomi-

Vide Ludovicum Legionensem.

S. Sacram. Lectica Christi.

1. Cedrus Libani.

2. Columnæ.

3. Reclinatorium.

4.

gnominæ illi attulit, dum vixit in hac vita mortali : aded tamen gloriosus & honorificus fuit in eius oculis : vt ipsemet velit quotidie eius memoriam repeti, intra hoc ferculum : & in suo corpore signa illa manere, ed gloriosiora in suis pedibus ac manibus, quo maiorem eidem penam prius attulerant.

**D E N I Q V E** sub isto velo tectus manet ipsemet *Rex Salomon*, *accensus & combustus* amore in seipso, ob desiderium accendendi, & inflammandi filias ipsas Ierusalem, quæ sunt ipsæ animæ, viua fide ipsum aspicientes, cordisque pace & quiete eum contemplantes. Sed quis non accendatur amore cælestis huius Regis, si eum videat aded ipsius amore accensum & combustum? Quodnam erit aded frigidum cor, quod feruli huius fabricam, vt oportet aspiciens, resistere possit igneis radijs, quos ipse Saluator intus manens, ex se iaculatur? *b O filia Sion, egredimini, & videte Regem Salomonem* in ferculo, quod construxit, vt ad vos visitandas veniret, vobiscum versaretur, præsentia sua vos honoraret, gratiaque & inflammata sua charitate locupletaret. Hoc idem ferculum est simul *thronus*, ex quo tanquam Rex vos gubernat; & *cathedra*, ex qua tanquam Magister docet; est *thalamus*, in quo tanquam Sponsus suauiter ac iucundè vos recreat; *mensa* etiam est, in qua vos tanquam Pater alit. Inde tanquam *medicus*, vobis medetur; tanquam *dux*, protegit; vt *pastor*, gubernat; & *lactat*, vt *mater*.

**Q V O D** si verò semel & simul audire cupias, quid in hoc ferculo lateat, vt magis ei afficiaris, qui tanto te amore prosequitur: intellige, ipsum propterea venire, vt *c ponat se quasi signaculum super cor tuum*: vt *signaculum super brachium tuum*; & in anima tua similitudinem imprimat insignium suarum virtutum: vt & ipse eius sis ferculum, in quo hinc inde per mundum deferatur. Quid existimas esse te, ô anima, quæ dignè communicas, nisi veri Regis Salomonis ferculum, siue lecticam, in qua corporaliter ipse manet, quamdiu perdurat Sacramentum? postea verò manet etiam semper tuo spiritui per gratiam suam vnitus? Huius Domini præsentia, tanquam *cedrum* te facit montis *Libani*, candidum ob innocentiam; *magnum*, ob animi magnanimitatem; *incorruptibilem*, ob traditam tibi fortitudinem. Ipse extruxit in te *columnas* argenteas; exornans & corroborans te donis ac virtutibus suis. Facit te aureum suum *reclinatorium*: quia ipse in te requiescit; & tu in eo per intimam consuetudinem ac dulcem contemplationem: qui, vt possit ascendere, tecumque ex instituto manere, *gradus* tuos conficit, ac purpura induit, inspirans, teque ad varia mortificationis exercitia obeunda, quibus patientia & obedientia tua perficiantur. indue ignominie eius pur-

Ascensus  
purpureus.5.  
Amor Christi.

b Cant. 3. 1

Christi tituli.

6.

c Cant. 8. 6.

Communi-  
cans est le-  
ctica Christi.



Lib 4. Fidei  
cap. 14.

Lib 4 in  
Ioan. 6. 5.

Carbunculus  
est panis  
prunorum.

Isai 6 6.  
Ira. LXX.  
Et S. Hieron.  
onym. ibid

puram, ut eiusdem gloria purpurâ vestiari; humilia te exterius, ut interius exalteris: super omnia autem ipsemet est intra te *accersus & combustus* amore, quem erga te habet; ut & tu simili amore in eum accendaris. Eucharistia (ait Sanctus Ioannes Damascenus) est pruna quædam accensa: quia caro Christi, diuinitatis eius igni est coniuncta: quam suscipimus, ut participatione diuini ignis igniamur, ac deificemur, ob insignem, quam ad Deum acquirimus, similitudinem. Et quemadmodum scintilla, si abscondatur in stramine totum in ignem conuertit, ita (ait Sanctus Cyrillus) diuinum verbum incarnatum in nostra natura absconditum, illam deificat, sibi que reddit similem in amore & puritate. LXX. Interpretes vertunt: *intinum eius lapidibus constratum*. & vox, quæ hic utitur Scriptura, significat lapides instar prunorum splendentes, quales sunt carbunculi. vnde etiam alia vox ducitur, quæ significat *panes prunorum*, hæc est inter eas coctos.

O diuina Eucharistia, & Carbunculus, tanquam ignis splendens, verus prunorum panis, qui comedentem accendis, suscipientem ditas, te que tangentem purificas! tu Carbunculus ille es tanquam pruna, quem vnus Seraphyn forcipe tulerat de altari, tangensq; os Isaia, *absulit iniquitatem eius, & peccatum mundani*, qui reuera & nos mundas, & accendis; facisq; in ardore similes ipsis Seraphynis, ut etiam in terra participes efficiamur vnitionis amoris, quo illi fruuntur in cælo, in æternum, Amen.

## CAPVT. VI.

GENERALIS ET SPECIALIS AD FRE-  
quentem Communionem vocatio: varia ratio-  
nes, signa, ac documenta.



ACCEDAMVS nunc ad alteram rationem & viam cognoscendi excellentias sanctissimi Sacramenti ex admirabilem affectuum experientia, quos efficit in recipiente: sicutamen, quomodo oportet, recipiatur: nullus enim est cibus adeo pretiosus, & delicatus, qui saporis sui præstantiam omnibus sumentibus vniversim communicet; sed iis tantum, qui palato sunt sano, & ad percipiendum saporẽ proportionato. Sed, cum cibus hic de cælo descendat, necesse etiam est inde provenire id, quod nos facit dignos, qui eius saporẽ percipiamus. & cum ipsemet DEVS mensam hanc sternat, ac præparet: idem nos ad eam inuitabit, *a vestemq; dabit nuptialem*, qua dignè ad eam in eius præsentia accedamus.

b Omne

a Stat. 22.  
3. 22.

b *Omne enim datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum: quod autem datum melius est eo, quod hoc diuinum Sacramentum præbet? & quodnam donum perfectius ea perfectione, quã idem communicat? id autem totum de cælo venit, ex liberati cælestis nostri Patris munificentia, qui nos & vocat, & iuuuat ad ipsum suscipiendum: eaque nobis inspirat, quæ præstare debemus, vt tanto beneficio fruamur. iuxta illud, quod ipsemet Dominus dixit, in eo sermone, quo mysterium hoc promulgauit, dicens: *nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum; & nisi fuerit ei datum à Patre meo: diuina. n. vocatio impedi-* menta remouet externa & interna huius sumptionis: famem adfert ac desiderium eam delibandi; auxilium præstat ad procurandas dispositiones necessarias, vt digne huic mensuræ polsis assidere; efficitque vt re ipsa eam sentias, eiusque copiosis fructibus fruaris. Nam per hanc vocationem d *Rex cælestis manu dilectæ suæ sponsæ arrepta, introducit eam in cellaria sua, & in cellam vinariam, vbi donorum suorum dulcedinem & efficacitatem offert delibandã. Quod si hæc vocatio necessaria est ad reliqua Christianæ vitæ excellentia opera præstanda, vt supra est dictum? quanto magis ad hoc opus erit necessaria, in quo omnium perfectio, quasi compendio cõtinetur, est que ad eam perfectissimè obtinendam via & medium? quam ob causam diuina sapientia, postquam sibi ædificasset domum Ecclesiæ, cum ea pulchritudine & diligentia, quam Tractatu primo descripsimus: & vocaret, qui in ea habitarent; expressè meminit diuini huius Sacramenti dicens: *e venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod misciui vobis.* Quis autem hic panis est, & quodnam hoc vinum, (ait S. Cyprianus) nisi quod in sancto Missæ sacrificio offertur? vocat autem, suum, quia idem ipse, qui nos inuitat, est ipse panis & vinum, quod nobis porrigit. Et quoniam quod maxime pretiosum est ac delicatum, id etiam maxime allicit, attrahitque ad se cor humanum: idè hoc cibo & potu, vt potè pretiosissima ac delicatissima re totius Ecclesiæ, nos inuitat ad eam ingrediendam, & altissimam euangelicam perfectionem, quam illa profitetur, procurandam: ita implens, quod Propheta dixit: *in funiculis Adã traham eos, in vinculis charitatis, & declinam ad eos, vt vescerentur:* funiculi Adami & vincula charitatis sunt fauores & beneficia, quæ in sublimi hoc conuiuio nobis exhibet, quibus ad suum obsequium fortius suauis que nos trahit, quam alijs donis: quia non solum cū sponsa post Christum g *currimus, odorem percipientes unguentorum eius; sed etiam corpus & sanguinem eius degustantes, ac dulcedinem percipientes, quæ ex eis prouenit. Si homines illi, quibus Christus Dominus ex quinque panibus, quos habuit in deserto, cibum dedit, miraculum admirati: & suauitatem, quam ex hordeaceo illo pane eius manibus multiplicato sentiebãt, attoniti, eum***

b I. c. 1. 17.  
Deus dicitur  
uit ad S. Sa  
cramentum.

c Ioa 6. 44.  
66.

d Cant. 1. 4.  
c. 2. 4.

Suaus Dei  
vocatio.

Prou. 9. 5.  
Epist. 3. lib. 2

Esai. 11. 4

g Cant. 1. 3.



h Ioan. 6. 27.

sequebantur: quid mirum, si post eundem eant, qui ex eius manu hunc vitæ panem suscipiunt, qui ita alterum illum excedit, sicut id quod vivit, excedit depictum? & ideo ipse CHRISTVS Dominus illis dixit: *h operamini non cibum, qui perit; sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.*

§. I. De Generali ad sacram Communionem vocatione.

SED vt hic modus innotescat, quò DEVS nos ad hoc conuiuium vocat, & sallicit: præmittendum est, vocationem ad huius Sacramenti vsum esse duplicem. Generalem alteram, omnibusque Christianis communem: alteram sepeialem & electorum propriam, in casibus magis particularibus.

PRIMA vocatio innitur ijs omnibus, quæ dicit Christus D. N. cum Sæcti huius Sacramenti necessitatem & excellentiam proposuit, omnes innitans ad eius carnem comedendam, & bibendum sanguinem. Quam vocationem explicare licet eo modo, quo idem Dominus vocauit homines; cum dixit: *venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* quæ enim refectio magis est necessaria & vtilior hac, quam in hoc cibo & potu ipse nobis præbet? eam enim iugum eius suaue fit, & onus valde leue. In illis autem duobus verbis: *laboratis & onerati estis*, duo insinuat causarum & motiuorum genera: hanc refectioem sumendi; vt bonorum operum labor, & pœnalitatum onus commodè portetur, iuxta illud, quod dixit per Oseam, *Kero eis quasi exaltans, & subleuans iugum, quod super maxillas portant, & declinabo ad eos, vt vescantur.* Quemadmodum enim sollicitus agricola cum videt boues arando defarigatos, pabulum eis præbet, quo vires nouas recipientes, laborem prosequantur; sic enim vix iugum, & onus eius sentiunt: ita misericors DEVS noster sollicitus est, vt laborantes in iugo legis eius portando, alleuiet ac recreet: se ipsum humilians, ad præbendum suauissimum corporis sui cibum, vt comedant: cuius virtute iugum redditur suaue, & labor leuis ac facilis. Eius enim misericordia ipsum vrgere videtur; vt verba illa suauissima nobis dicat; quæ suis discipulis dixit, cum quatuor millibus hominum cibum præbuit, ex septem panibus: *miserere* (inquit) *super urbem: quia ecce iam triduo sustinent me, ne habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via.* Illi (ait S. Remigius) triduo sustinent Christum, qui ad eius obsequium per veram pœnitentiam sunt conuersi, cogitatione scilicet, verbo, & opere; contritione, confessione, & satisfactione pro suis peccatis. Quos si ieiunos dimitteret, deficeret in via: quia opera illa valde sunt laboriosa. ideoque, vt eos reficiat, animumque ad progrediendum addat, subuenit illis cibo diuini sui corporis, conuiuium illo septem panum adumbrato: quatenus eorum cor septem Spiritus S. donis, & septem præcipuarum virtutum Theologicarum & Cardinalium augmento corroboret.

Ioan. 6. 2.  
versu. 32.

I.

i Mat. II. 28

k Osee 11. 4.

Marc. 8. 2.  
Matt. 15. 32.Apuđ S. Th.  
in Catena  
Matt.

borat.

borat. Non est Christus D.N. sicut crudelis ille in *Domino Amalecita*, qui dereliquit puerum suum, in ipso itinere, quia agrotare coepit: ubi mansit per tres dies, nec comedens panem, nec bibens aquam; ideoque erat in periculo mortis: sed similis potius est misericordia Davidis, qui videns puerum illum in tanta miseria constitutum, iussit pueros suos, dare ei panem & aquam: & reuersus est spiritus eius & refocillatus est. Nam si non aruit cor tuum ac defecit, quia oblitus es comedere panem tuum, piissimo huic Domino cura est monere te, ut accedas & comedas; refocilleris, & non pereas.

CLARIUS adhuc expressum hoc apparebit in Elia, cum tristis ac defatigatus, & ex persecutione Iezabelis afflictus, taedio vitae affectus, optinuit animam suam, ut moreretur; & cum porrexisset in desertum viam unius diei, sedit subter vnam Iuniperum, & obdormiuit in umbra Iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum dixitq; illi: surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum submericus panis, & vas aquae: comedit ergo, & bibit; & rursum obdormiuit. reuersusq; est Angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: surge, comede: gradis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit; & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb. vbi solatium inuenit suorum laborum. An non igitur hoc totum figura fuit & imago caelestis vocationis per Angelum illum custodem: is enim, cum tristem te videt, ac desolatum ob tentationes urgentes; aut taedio affici virtutis ob torpore te opprimentem; ac defatigatum proicere te ad dormiendum, & quaerere solatium aliquod tui laboris: tunc (inquam) ille te excitat, suisque inspirationibus suadet, ut surgas, & ad vnicum omnium horum malorum remedium confugas, ad sanctissimum scilicet hoc Sacramentum, igne charitatis coctum, & extremae humilitatis cineribus coopertum. Sed quoniam vnica comestio ordinariè non sufficit ad omnem tristitiam, torporemque depellendum: secundò te excitat, ac sapius: inspirans, ut sapius eundem cibum sumas. nam, si cum spiritu id facias, ille somnum ac taedium, quo afficeris, expellet, animumque addet ad perfectionis iter prosequendum, donec ad eius fastigium peruenias: in quo plenum tui laboris solatium inuenies.

Ex quo apparet, quod vocatio diuina inuitet nos ad supremi huius Sacramenti usum, in omnibus periculis, & magnorum laborum & pugnarum occasionibus: nam, ut supra est dictum, egregium tribuit robur animique fortitudinem; ad strenue nos in eis gerendum. Memento illius temporis & occasionis, qua Christus D.N. Apostolis suis dixit: *p Accipite & comedite*: & inuenies, id factum nocte suae passionis, cum scilicet magnas tribulationes expectarent. his eos armis munire volens, ne deficerent. & ipsemet DOMINVS, ad nostrum exemplum, eodem viatico se muniuit, praebens sanguinis sui calicem tanquam dispositionem &

muni-

m. 1. Reg. 30.  
3.

n Psa. 101 5.

2.

e 3. Re. 19. 4.

3.

p Mat. 26. 5.  
Cor. 11. 24.

q P/al. 22. 5.

Sobria ebrietas.

r 4. Reg. 4. 41.

Frequenter communicandum.

1.

Quia Deus vult.

2.

In expositio.

Orat. Dom.

a Mat. 6. 11.

Luc. 11. 3.

quia panis

quotidianus.

Lib. 5. de Sa-

cram. c. 4.

3.

Quia panis

est ordinari-

us cibum.

b Pron. 9. 5.

4.

munimen, ad passionis calicem ebibendum. Nihil enim est, quod faciliore reddat afflictionum, & tribulationum calicem: quam diuinus hic calix, qui bibentium inebriat corda. q *O quam praeclarus est* (dicit David) *calix meus inebrians*. quemadmodum enim homo; nimio vino ebrius, non sentit contemptus, & ignominias; nec onera etiam graui curat: ita si calice hoc tuæ salutis inebrieris: magno animo, passionis calicem etiam amarissimum exhauries. Nam si paululum *et farina*, quam *Elisæus misit in ollam* carniū, tanquam mortem amarā, satis fuit, vt *nihil amaritudinis in olla remaneret*: quomodo panis hic cœlestis non sufficiet, ad dulcorandam omnem huius vitæ amaritudinem?

§. 2. *Summa rationum, quæ persudent frequentiam Communionis.*

**V**T EXACTIVS capiatur vis generalis huius vocationis; operæ pretium fuerit, breuem quandam rationum sumram hic ponere, quibus illa nos inuitat, persuadetque frequentiam sacræ Communionis. **P**RIMA Ratio, cui reliquæ innitantur, est; quod ea sit voluntas Christi D. N. eiusdem diuini Sacramenti authoris: cuius voluntatis omnia signa habemus, quibus diuina volūtas solet nobis innotescere quam vbi agnoscimus: illa sola pro ratione sufficit; meritoque alijs rebus omnibus est præferenda. Hæc signa seu indicia eius voluntatis perspicientur in reliquis rationibus, quas adferemus. **I**DEOQUE SECUNDA ratio est, quod idem ipse Dominus in precatione quotidiana, (vt ait S. Cyprianus) iubet, diuinum hunc *panem supersubstantialem petere, vt quotidie detur*. Et quemadmodum *panem quotidianum* appellat, quo corpus nutritur; ita eodem nomine nutrimentum animæ appellat, vt sic ostendat desiderium, quo tenetur, vt eum ab ipso petamus: & vt eadem frequentia vtrumque sumamus. Ac propterea S. Ambrosius dicit: si panis est quotidianus, cur illum post elapsū annū suscipis? Sume quotidie, vt quotidie tibi proffit. Huc accedit **T**ERTIA ratio ex materia, qua hoc Sacramentum fuit institutum: ex pane scilicet & vino, ordinario & quotidiano hominum cibo: qui etsi cibos alios pro diuersis temporibus habeant: (nam aliquando carnis, aliquando piscibus vtuntur) at panis & vinum est quotidianum alimentum, quod cum omnibus alijs cibis sumitur: ita etiam licet anima varios habeat spirituales cibos, quibus alatur, & Scriptura diuina *panis & vini* nominibus eos appellet, eod quod sint ordinarium eius alimentum: peculiari tamen ratione voluit ipse Saluator, hoc Sacramentū in reali & vera panis & vini forma & specie instituere: vt intelligeremus, debere esse ordinarium & quotidianum nostrum alimentum. Huc accedit **Q**UARTA ratio, eod quod animæ necessitas, continua sit

&amp; quo-

& quotidiana, quemadmodum est ipsius corporis: cuius substantia & humidum radicale habet intra se continuam quandam vim, calorem sc. naturalē, qui ipsum consumit, ac destruit: nisi, quod à calore ipso consumitur, continuo nutrimento reparatur. In hunc modum, quoniam etiam anima intra se se ipsam habet, quod continuè virtutem eius consumit, *amorem* scilicet *proprium*: frequenti indiget reparatione, sumptione scilicet panis huius cœlestis. nam licet alij sint cibi, quibus hæc iactura reparari possit, nullus est tamen æquè, atque hic ad id potens. Et verendum ait Sanctus Cyprianus) ne, qui sacro hoc cibo priuatur, etiam omnino deficiat: deficientibus aut viribus spiritus, facile vincetur à suis passionibus. *c aruit enim cor meum* (ait Dauid) *quia oblitus sum comedere panem meum*: Hoc ipsum valde confirmatur ratione QUINTA, ob continuos scilicet conflictus, quibus à Dæmone, mundo, & carne vrgemur; & ob continua pericula, quibus versamur, in graui peccata incidendi. Cùm igitur pretiosum hoc Sacramentum, fortissimum sit Clypeus contra omnes hostes; & efficacissimum Antidotum, ad præseruandum ab omnibus spiritualibus morbis: vult noster hic supremus Dux, ac medicus, hæc armis, & hoc præseruatiuo Antidoto nos munire, & præparare, ita frequenter illud sumendo, sicut opus est, vt ex his conflictibus salui euadamus. Est PRÆTEREA eiusdem Dei voluntas, vt quotidie in virtute crescamus; & in eius obsequio non retrocedamus, hæreamus, aut lento passu pergamus: sed vt alacriter progrediamur. erit igitur diuinæ eius voluntati valde conforme, vt Communionem sacram frequentemus: cuius effectus est, non solum conseruare, sed etiam augere spiritus feruorem: quemadmodum cibus magnæ substantiæ, non solum corpus nutrit, sed etiam impinguat; & facit, vt crescat: quando in ea est ætate, vt crescere possit. SEPTIMA ratio desumitur ex fine, quem Saluator noster respexit, cùm diuinum hoc Sacramentum instituit: memoria scilicet suæ passionis, & beneficiorum, ac gratiarum, quas nobis contulit. Cùm igitur sit æquissimum, quotidie nos esse memores plurimorum, quæ nostri causa est perpessus; & quotidie gratias agere ob beneficia, quæ quotidie accipimus: æquissimum quoque erit, quotidie offerre illi diuinum hoc sacrificium, aut eidem assistere, & sanctissimi huius Sacramenti participes fieri: vt nostra memoria recentior sit, & viuacior; gratitudoque magis deuota: dum ei coniungimur, qui tantum bonum nobis confert. Signum est enim, quod & ipsum benefactorem, & eius beneficium parui æstimemus: nisi ea frequentia eoque modo gratos nos exhibeamus, quo ipse optat, ac petit.

OMNES hæ rationes confirmantur OCTAUA ratione, consuetudine scilicet Ecclesiæ primæuæ tempore Apostolorum, qui optime nouerant Christi D. N. voluntatem: valdeque gaudebant, quod ea executioni

Quia necessitas continua.

In expos. Orat. Dom.

c Psa. 101. 5.

5. quia tentatio & certamen continuum.

6. quia proficere debemus.

7. vt sit Eucharistia perpetua.

8. primitiua Ecclesiæ.

ad Act. 2. 42.  
In Epist. de  
cret. c. Epi-  
scopus §. 1.  
de consecra.

9.

§. p. q. 80 a.  
10 ubi alle-  
gat SS. Am-  
bros. & Au-  
gust infra  
citandos.  
SS. Patres.

10.

Concil. Tri-  
dentinum.  
Sess. 13. c. 8.  
& sess. 23.  
c. 13.

Sacerdoti-  
bus hac ma-  
ximè dicta.

Et laicis. sed  
cum consi-  
lio.

S. Tho. 3. p.  
q. 80. a. 10.  
ad 4.

mandaretur: quam ut explerent, *d'erant perseverantes in communicatione fra-*  
*tionis panis*: ex quo tantus proueniebat fructus, ut vel ex eo satis appareret,  
à Deo esse eam consuetudinem, quæ tales fructus proferret: Quam sub gra-  
uibus pœnis iussit seruari S. Anacletus Papa, eò quòd inciperet iam aliquis  
tepor obrepere. Huc accedit, quod SS. Patres, & insigniores Ecclesiæ Do-  
ctores, per quos Dominus noster nos alloquitur, suamque aperit volunta-  
tem, suadeant (ut refert S. Thomas) hanc frequentiam Communionis, & ad  
eam exhortentur. æquum autem est, filios sequi, & amplecti consilia Patrū,  
& non reprobare, aut reijcere consuetudines, quas illi approbant: quia fa-  
cile esset incidere in periculum, labendi in errores ministrorum Antichri-  
sti: qui hoc maximè agunt, ut laudabilem hanc consuetudinem, ac iuge sa-  
crificium ab Ecclesia tollant.

DENIQUE nihil tutius facere potest Christianus, qui viuum sit Christi  
membrū & Ecclesiæ: quā si desideria & actiones suas, cum sui capitis, eiusq;  
Ecclesiæ Catholicæ actionibus cōformet, per quā ille nobis eas proponit, ac  
manifestat. Cū igitur ipsa Ecclesia per sacrum Tridentinū Cōcilium dic-  
cat, se desiderare, ut fideles in sacro Missæ, cui intersunt, frequenter cōmu-  
nicent, nō spiritualiter tantum, sed etiam sacramentaliter, ad maiorē profe-  
ctum ex ea suscipiendū: rationi omninò est cōsentaneum, eius membra idē  
desideriū habere; magnoq; seruore ac diligētia illud executioni mādare. Ne  
tñ ex his rationibus occasione aliqui accipiāt, in alterū extremum incidēdi,  
quotidiè pro arbitrato suo cōmunicandi, operē pretiū est declarare, in qui-  
bus occasionibus illæ locū habeāt. *Primū* itaq; locū habēt rationes prædictæ  
in ipsis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit, diuinum hunc panem sibi  
& alijs consecrare: illi enim, & sacrum Missæ facere, & cōmunicare quotidiè  
deberēt, quemadmodū suo loco dicemus. Ac præterea, q; in ipsis est, debent  
semper pro alijs fidelibus preparatū illū habere: optantes & operā dātes, ut  
frequenter illi cōmunicent. nā quemadmodū nō decet, panē filiorū mittere  
cambus; ita est periculosum ipsis filijs cū petunt, (si tamen ut oportet, pe-  
tant) illū denegare. Locum deinde habent eadem rationes in reliquis fide-  
libus, qui magnam propter eas propensionem habere deberent, frequenter  
communicandi. Non ut seiplos ex eisdem tantum rationibus gubernantes,  
quotidiè cōmunicent; aut ita frequenter, sicut propriū illis iudiciū suggerit:  
quia in hoc posset sæpè magnus error ac deceptio euenire, contra spiritum  
Christi D. N. Qui quemadmodum voluit seculares homines non consecra-  
re hoc Sacramentum, nec proprijs illud manibus sibi sumere; sed per ma-  
nus Sacerdotum, quibus solis & consecratio, & distributio competit; ita et-  
iam voluit eosdem seculares in ea frequentia dirigi iudicio prudentum Sa-  
cerdotum & Confessoriorum, qui illorum conscientias gubernant. Et

quemad-

quemadmodum intolerabilis esset error, ex prædictis rationibus deducere, quod expediret, tres Missas quotidie facere, aut ter communicare, sicut corpus ter in die sumit refectionem: (nam Ecclesia ipsa, eiusdem Christi spiritu edocta, maiorem ducens rationem reuerentiæ tanto mysterio debita, quam voluntatis eius, qui vult communicare: non obstantibus prædictis rationibus, decreuit: neminem, nisi semel in die communicare, exceptis quibusdam casibus ab ipsa notatis) ita etiam ad eandem Ecclesiam pertinet per suos ministros, Pastores scilicet, & Confessarios singulis præscribere, qua frequentia communicare debeant, ne in extremum nimietatis incidant. Nec vim contra hoc habet, si quis dicat: Confessarium eo ipso, quod pœnitentem absoluat, eundem approbare, dignumque, qui communicet, iudicare: siquidem per absolutionem maximam communionis impedimentum, quod est peccatum lethale, remouetur. Non, inquam, id valet: alioquin si carnalis peccator, qui ante horam cum muliere peccasset, id nunc confiteretur, posset arbitrato suo statim absque maiori aliqua necessitate ad Communionem accedere; idemque os cum purissima hostia consecrata coniungere, quod pauld antè aded maculatum fuisset, & sordidum. Scimus præterea, sanctos Patres præter peccata lethalia, quædam alia impedimenta assignare frequentis communicationis: vt ea cum reuerentiâ, ac decentiâ debita suscipiatur: cum dixerit Apostolus: *e multa mihi licent, sed non omnia expediunt*, nec decens est, eum, qui ex confessione discedit animo permanendi in multis peccatis venialibus, etiam si sit iustificatus, æquè tamen frequenter communicare, atque eum, qui statuit ab omnibus illis abstinere. Nec ipsemet Saluator contentus est generali vocatione, qua omnes ad frequentem communionem inuitat, sciens nimirum, non omnibus eandem frequentiam conuenire. Ideoque cum vnoquoque iusto specialibus alijs vocationibus vtitur, quibus efficaciter eum permoueat ad eam frequentiam, quæ illi magis conueniat.

§. 3. De speciali ad frequentiam sacræ Communionis vocatione.

SPECIALIS suauiorque vocatione, qua Christus D. N. electos suos ad maiorem huius Sacramenti frequentiam inuitare solet, vt plurimum incipit, postquam illi, dies permultos in sanctis operationibus se exercuerunt; vultque ipse singulare suum erga eos studium & fauorem ostendere; bonaque illa opera remunerare; & spiritum addere, vt prosequantur, & in perfectione virtutum omnium proficiant: vt apparet in ea vocatione, cuius mentio fit in libro Cnaticorum, cum dixit ipse: *veni in hortum, messui myr-*

*Mediocritas  
vbiq̄ ser-  
uanda.*

*Absolutio  
sola non  
sufficit.*

*S Tho. sup.  
2. 7.*

*ct. Cor. 6. 12.*

*a Cant. 5. 1.*



*panem meam cum aromatibus meis, comedis fauam cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo, comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Quia sententia ordinem explicat, quem eius electi in ipsius imitatione tenere debeant, ad ipsum sumendum. Primum enim merenda est myrrha, mortificationis cum qua simul virtutes colligant: quæ tanquam species aromaticæ, sanctorum operum fragrantiam exhalent, quod ubi copiosè valde (vt merendi verbum indicat) praestiterint: illos inuitat, vt fauam cum eius melle comedant, aut (iuxta LXX. Interpretes) eius panem cum eius melle; eiusque vinum cum eius lacte bibant. Per panem hunc & vinum (vt S. Ambrosius explicat) Sacratissimum suum corpus & sanguinem intelligens, quemadmodum in hoc Sacramento est, cum ineffabili illa dulcedine, quam in eo communicat. Ad hunc cibum & potum inuitat suos amicos, ac dilectissimos, vt qui ament & amentur: desiderans, eos comedere ac bibere; tantoque amoris excessu saturari, vt inebrientur: quasi plus biberint, quam debilis eorum natura ferre posset. Nam (vt ait S. Gregorius) sic inebriari, est, mutare iudicium in eo, quod antea sentiebat, nouumque animi robur concipere, ad praestandum, quod ante non poterat, sensa ac dictamina huius mundi in ea commutando, quæ sunt Christi; & carnis fortitudinem, in eam, quæ est spiritus: Qui tamen etiam si inebrientur, non tamen saturi manent, aut taedio affecti; sed esuriunt ac sitiunt magis. Nam vna Communio, est noua quædam vocatio, & inuitatio noua, quæ nouam famem, nouamque sitim excitat alterius. Nam si magni amatores corporalis huius vini, postquam multum hauserunt, dicunt: (vt Salomon ait) *b quando euigilabo, & rursus uina reperiam,* quibus amplius exsatiari? quid mirum, si iusti cœlesti hoc uino inebriati, postquam sanctæ contemplationis somno illud digesserint, excitentur dicentes: quando iterum concedetur mihi, vt uinum hoc hauriam? & si homines illi quos Christus D. N. in deserto pavit, cum insinualet se illis daturum panem alterum, *c qui permanet in uitam æternam:* ipsi, antequam illum degustarent, *dixerunt: Domine semper da nobis panem hunc:* quid facient, qui iam experti sunt panis huius suauitatem, fauamque & mel, quod sumētibus communicat? simul enim saturi sunt, & famelici: saturitate scilicet famelica, & fame satura. Quia neque cibum alium huic contrarium esuriunt; neque hoc sumpto, sentiunt se saturos: nam etiam tunc eum comedant, dicunt: *Domine semper da nobis hunc panem:* nam ipsemet panis, quem comedunt, quia panis uiuus est, inspirat illis, vocatque vt eundem amplius comedere desiderent, & ab ipso petant. Ideo enim ait Scriptura: *d qui edunt me, adhuc esuriunt; & qui bibunt me, adhuc sitiunt.*

Ex His apparet, uocationem specialem ad frequentem Communionem non aliud esse, quam famem hanc, internumque communicandi desiderium,

ab ipso

Preparatio  
ad S. Communionem.

In Cant. 5.  
& ib. 5. de  
SACRA. 6. 3.

Hom. 10. in  
Ezech.

Delectat  
non satiat.

b Prou. 23. 31.

c Ioa. 6. 27  
34.

d Exod. 24.  
29.

ab ipfomet Domino, qui nos inuitat, inspiratum: quia ipfe efurit, vt ipfum fumamus; & ipfius fames noſtram excitat; & noſtra ſaturatio eſt etiam ipſius: noſtram enim comeltionem, ſuam reputat. Ac propterea, cum dixiſſet: *comedite ſatum cum melle meo*, ſtatim ſubiunxit: *Comedite amici*. Tunc enim ipſe Chriſtus comedit, quando eius amici comedunt, ob vniõnem amoris, quo cum illis eſt coniunctus.

QVARE primũ indicium, quodd appetitio communicandi fit vocatio & inſpiratio Dei eſt, quando eam ſentiunt, qui huic Domino ſunt amiciſſimi, cuiusque voluntati addiſſimi; adeoque feruentes, vt operibus ipſis manifeſtent, ſe & amare & amari. Et propter mutuũ, hunc amorem deſiderant illi ſemper eſſe cum Chriſto: & Chriſtus cum eis. Ideoque S. Ambroſius verba illa in initio Canticum: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, vtrique accommodat. Nam poſſunt hæc eſſe verba Chriſti, animam ad ipſum in hoc Sacramento ſuſcipiendum inuitantis: eademque eſſe etiam animæ petentis, vt ipſemet Chriſtus ad eam viſitandam, ſeque cum ipſa vniendum veniat. Vis (ait S. Ambroſius) hæc verba ad Chriſtum aptare: nihil gratius: vis ad animam tuam? nihil iucundius. vtrumque autem verum eſt. in hoc enim conuiuiõ vterque amans eſurit, & vterque ſe mutuo inuitat. Et propterea idem Dominus in Apocalypſi dixit: *e Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum*. Tunc te vocat, quando vt communices, inſpirat, cui ſi aperias, admittens eius inſpirationem, ingreditur: & tu cum illo cœnas, quia præbet tibi ſuauiſſimos Spiritus affectus: ille verò cœnat tecum, oblectans ſe feruore, quem tu oſtendis in rebus obſequij ipſius.

SECUNDVM ſpecialis diuinæ vocationis ſignum lolet eſſe, cum excitatur fames ex propria neceſſitate, & experientia remedij, quod in ipſa Cõmunione inuenitur. Nam ſi afflictus, ſi tentatus, puſillanimis, & infirmus experiuntur, benè ſibi rem ſuccedere hoc Antidoto ſumpto; ac propterea vehementer illud deſiderant: ſignum eſt cœleſti medico placere, vt frequenter illo vtantur: vt ſi à ſuis malis eripiantur, & præſeruentur. Et quoniam diuinum hoc Sacramentum eſt vniuerſale, noſtrarum omnium miſeriarum remedium; ided omnes ad illud ſuſcipiendum nos impellunt. Nam in Chriſto (ait idem S. Ambroſius) omnia inuenies. ſi vulnera tua curari deſideres, ille eſt *medicus*; ſi nimio labore æſtues, ille eſt *ſons*; ſi peccatis es oneratus, ille eſt *iniſtria*; ſi tenebras figis, eſt *lux*; ſi cibum quaris, ipſe eſt *alimentum*: & quoniam totus ipſe eſt in hoc Sacramento: ided pro omnibus in eo remedium inuenies.

HINC oritur *tertium* indicium ſpecialis vocationis, quando fames excitatur ex proprij ſpiritualis profectus, & copioſi fructus, quem ipſa Com-

I.  
Ferdos  
Deus vocat  
ad S. Comm.  
Lib. 5. de  
Sacram. c. 2.  
Cant. 1. 1.

e Apoc. 3. 20

2.  
Experientia  
remedij.

3.  
Experientia  
fructus.

*S. Commu-  
nio frequen-  
tanda.*

*Epist. ad Ca-  
sariam Pa-  
tristia. apud  
Canisium de  
Eucharist.*

*q. 9.  
Homil. 28.  
in 1. Corint*

*Lib. 5. de Sa-  
cram. c. 4.  
Homil. 28.  
verb. Do-  
mini.*

*Consilium  
de frequen-  
tatione  
commu-  
nio-  
ne.*

munio profert, experientia. Nam si ex ipsa communione crecit humili-  
tas, & reuerentia, & reliquæ virtutes: iudiciū magnū est, D. N. infundere de-  
sideria illa cōmunicandi, ut potē ex qua finis ille obtineatur, in quē ipsa Cō-  
munio dirigitur; modō preparatio desiderio ipsi correspōdeat. Et ppter eā  
S. Basil. dicebat, frequēter cōmunicare: rem esse gloriosā, valdeq; vitilē: *quis  
enim ambigit, quin frequēs vite participatio nihil aliud sit, quā pluribus modis vi-  
uere:* in Cōmunionē. n. sūt oēs modi cōseruādi & augēdi vitā, tā actiuā quā  
contēplatiuā, & ex utraq; mixtā, ad multorū commodū. Et ita ait, in Eccle-  
sia sua communicasse fideles quater in hebdomada: Dominica scilicet Feria 4. 6.  
& Sabbatho; & reliquis Sanctorū Festis dieb<sup>9</sup>. Sed S. Chrysostr. vterius pro-  
greditur, dicens: Noli, diē Solemnē expectare: vera. n. solemnitas in animæ  
puritate cōsistit. Quæ si adsit, semper celebrare poteris solemnitatē: & sem-  
per accedere: Et propterea S. Ambros. (ex quo id accepit S. August.) ita (ait)  
viue, ut possis quotidie cōmunicare: nam panis hic est quotidian<sup>9</sup>, & si præ-  
pares te ad dignē sumendū, dicere licebit: panem nostrum quotidianum da  
nobis hodie. Nam quotidie erit tibi *Hodie*: si quotidie ad eum sumendū te  
disponas. Sed quoniam ordinariē preparatio nostra parua est, & vitæ occu-  
pationes multæ, ac tepiditas magna: pauci sunt tantā frequentia digni, habi-  
ta ratione reuerentiæ, quæ Meiestati Saluatoris, nos visitantis deberur.

§. 4. *Documenta aliquot circa frequentem Communionem.*

**E**X haftenus dictis satis apparet, si ordinariam hominum dispositionē  
attendamus, duo posse esse extrema, circa frequentiam Communionis  
vitiosa: alterum eorum, qui rariū, quā par esset, accedunt: alterum  
eorū, qui nimis frequenter: in qua re difficile est mediū attingere, nam (ut  
S. Ronauent. ait) quemadmodum diuersa sunt hominū studia, variæque, ut  
suæ conscientiæ cōsulant, & ad cœlestem hanc escam se præparent, curā: ita  
meritō diuersa debet esse ad eam accedendi frequentia. Subiungit verd ipse  
communem quandam & vniuersalem in hac re seruandam regulam, his  
verbis, Vix aliquis ita Religiosus esse videtur & Sanctus, exceptis Sacerdo-  
tibus, quin semel in septimana sufficiat ei ex consuetudine communicare:  
nisi specialis causa quandoq; vel ratio plus suadeat, infirmitas superueniens,  
vel singulariter festiuitas solennis, vel inusitata deuotionis feruor & in-  
temperata desiderij sitis sit pro illius susceptione, qui solus sufficit, amanti  
animæ ardorem refrigerare: Et quia talis ardoris impetus non nisi ab Spiritu  
S. ut creditur, infunditur: idē legibus humanæ consuetudinis, & statu-  
tis mortalium non arctatur. Sicut aliquos quandoque vidimus, licet paucos,  
quibus viuere Christus erat: ita ut si non frequentius pane vitæ reficeren-  
tur Sacramentaliter, quasi videbātur vita corporis iam velle deficere: paten-  
tibus indicijs hunc defectum prodentibus, & qui ante tam debiles erant,

quod

quod nec in ceterum debitorum habere poterant: post susceptionem illius Sacramenti in tantum confortabantur, quasi nullam antea sensissent debilitatem manifeste apparentem: iuxta illud, *Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus*. Quia nullus cibus materialis, vel potus posset sic celeriter, & efficaciter non solum corpus; sed etiam animam recreare. Hæc S. Bonavent.

Ex quibus quatuor breues regulas ad rem præsentem colligere possumus. PRIMA est: quod personæ in diuino obsequio feruentes (præcipue si in statu sint continentium) possint semel in hebdomada ex ordinaria consuetudine communicare. Quæ regula in multis Religionibus obseruatur, eamque tradidit Angelus Sancto Pachomio, statuens, vt eius Monachi diebus Dominicis communicarent: & Cassianus reprehendit Monachos Communionem vltius sub propriæ indignitatis prætextu protrahentes. Quos (ait) maiorem arrogantia præsumptionem incurrere, quia vel tunc, cum eam percipiunt, dignos se eius perceptione dijudicant. Multo enim iustius esse cum hac cordis humilitate qua credimus & fatemur illa Sacrosancta mysteria nunquam pro merito nos posse contingere; singulis ea Dominicis diebus ob remedium nostrarum egritudinum sumere, quam vana persuasionem cordis elati, vel post annum dignos eorum participatione nos esse credere.

SECUNDA regula est: posse aliquas personas excellentis adeo virtutis ac sanctitatis esse, adeoque diuinum hoc Sacramentum appetere, & esurire; vt merito debeat eis sacra Communio ter aut quater singulis hebdomadis concedi: imò aliquibus, etsi raris, etiam quotidie, si personæ sint Dei obsequio omnino dedicata, & à Matrimonij oneribus, ac sæculi occupationibus libera. Nam si conditiones, quas Sanctus Bonaventura insinuat, sufficientes sunt; vt octauo quoque die communicanti, extraordinaria aliqua Communio ob extraordinariam necessitatem, & famem concedatur: si vehemens hæc fames, sit ordinaria, vitaque excellens, licebit maiorem frequentiam etiam ex consuetudine addi. Et cum hic panis sit quotidianus, fas est credere, esse etiam hodie in Ecclesia personas aliquas, præter Sacerdotes, quibus dari possit Communio ita frequenter. Et quemadmodum in primæua Ecclesia Apostoli eam quotidie multis fidelibus porrigebant: ita est credendum, esse etiam nunc paucos aliquos, quibus idem merito concedatur: Siquidem *g nec manus Domini est abbreviata*, nec sanguis Christi ita refrixit, vt non ferueat ita nunc in paucorum aliquorum cordibus, quemadmodum tunc in multorum. Et Palladius in vita Sancti Apollo Abbatis (qui Pater erat quingentorum Monachorum) refert: eos, qui cum illo erant, nunquam consueuisse corporalem cibum prius sumere, quam communicassent: eò quod eorum vita adeo præcelleret, vt quotidianam hanc portionem mererentur: nam obsequia extraordinaria

digna

Ioan. 6. 56.

“

“

1.

Semel in hebdomada communicandus vpijs. Pallad. c. 35. Collad. 23.

c. 27.

“

“

“

“

“

“

“

“

2.

Aliquibus sapius licebit.

Eiam quotidie.

g Isai. 59. 1.

Cap. 48.

digna sunt extraordinarijs fauoribus, & gratijs. Et tunc locum habent rationes suprà posita.

3.  
Alij singulis  
mensibus.  
Apo. 22. 3.

TER TIA regula sit: reliquas personas Deum timentes, sed grauibus statûs & officij sui oneribus occupatas, si modestæ sint, ac prudentes, posse decimo quinto die aut singulis mensibus cõmunicare, celebrantes tunc perfectum quoddam nouilunû cum sacra Confessione, vt suprà diximus: & hoc cœleste conuiuium animæ suæ exhibentes, vt sint sicut arbores siue ligna vite in vtraque parte fluminis Paradisi, quæ adferunt fructus duodecim, & per menses singulos reddunt fructum suum.

4.  
Consilium  
Confessarij  
sequendum.

S ED quoniam in trium prædictarum regularum vsu deceptio esse potest: Q V A R T A est regula certior ac securior, quam prudens Sanctusq; aliquis Confessarius præscripserit, habita simul ratione dignitatis Sacramentio, & necessitatis eius, qui communicat & vocationis ac inspirationis Dei ex tribus prædictis signis. Debetque qui communicat, ita exactè seruare & continere se intra huius præscriptionis limites, vt nec rariùs sumat: sub prætextu maioris humilitatis; nec frequentius ob indiscretum feruorem, ex prætextu & titulo maioris profectus. Nam & hoc extremum esset valde noxium, vtpotè quoddam animum proderet parum humilem, & potius arrogantem, & inobedientem. Eueniet enim tibi, quod Hebræis: qui ex cupiditate plus ex Manna colligebant, quàm esset præscripta mensura à Moysè: & referuabant contra eiusdem præceptum, in diem sequentem: *capitq; scaterere vermibus, atque computruit*: vt intelligatur, non prodesse Manna cœlestis, si mensuram excedat: quam dispositio & status comunicantis requirit; & terminum à prudente Confessario præscriptum. Nam si nimius, corporis cibus ipsi corpori nocet, & vomitum prouocat: non mirum est, si idem faciat cibus spiritualis, si indiscretè nimius sumatur. Quamobrem dixit Salomon: *mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud*. Estque praua dispositio ad vtilem Communionem, si cum inobedientia accedas. Cum enim Dominus, ad te visitandum veniens, ad eò gratiam habeat obedientiam, vt ne ipse illam perderet, vitam potius obtulerit: quomodo sua dona ei communicabit, qui contra obedientiam ad ipsum accedet? Attende igitur, quod quemadmodum non placet illi ieiunium

Exod. 16. 20

Melior est obedientia  
quam victima.

Prou. 15. 16.

Isai. 58. 3.

in quo propria voluntas inuenitur, ita nec placet sacri huius cibi

sumptio: sed in vtroque debes præscriptum ab Ecclesia ordinem sequi, & iudicium eius.

qui te dirigit, amplecti.

## CAPVT VII.

*QVAENAM DE PECCATIS, ET ANIMI PER-*  
*turbationibus, nobisq; ipsis victoria sint obtinenda, vt cum*  
*perfectissima preparatione ad Communionem acce-*  
*damus, & ingentia premia ijs victo-*  
*ribus in eadem Communione*  
*reddi.*



V PLEX sanctissimi Sacramenti prædicta cognitio, per Meditationes scilicet eius mysteriorum, aut per experimentum affectuū eius in sacra Communione, animas requirit puras, & corda munda: nam *an maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis;* & *Beati sunt mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt;* non in altera vita tantum, sed etiā in hac perfectā scilicet illā cognitione, quæ in ea cōceditur, tam in Meditatione & Contēplatione, quā in suauitate, & experimento eius, quod suscipitur. Ex quo fit, vt prima dispositio, quæ procuranda est ad has gloriosas cognitiones obtinendas, (secundā subiequēte per experimentum in ipsa Communione) debeat esse conscientia puritas, cordisque mundiciēs. Nam si Manna communis *omnis saporis suauitatem*, nisi iustis; quibus, non cōmunicabat præclaram *comnis saporis suauitatem*, quem volebant: eod quod illi Dei voluntati, palatoque seruiret, vt eum perciperent, quem volebant: eod quod illi Dei voluntati, palatoque seruiret: quanto magis credendum est, Manna hoc cœleste non communicare mirabilem suorum saporum fructuumq; spiritualium multitudinem, ac varietatem, nisi *iustis*, qui seiplos diuinæ voluntati exequenda addicant, & mancipent? Neque enim absque mysterio, tantum dixisse credendus est Dominus: *neminem scire hoc Manna, nisi qui accipit.* non verò addidisse: quemcunque recipientem, illud cognoscere: Nam si malè paratus aliquis illud accipiat, non gaudebit eius diuitijs ac thesauris. Ac propterea promissio huius Manna solum facta est *Vincens*, inos scilicet hostes, strenuè contra eos pugnando; & quod magis erit strenua pugna, & victoria gloriōsior; eod maior erit mensura huius Manna, & suauitatum, & fructuum, qui cum eo præbentur.

*§. 1. Triplex victoria sacram Communionem præcedere debet.*

**A**D huius rei declarationem est aduertendum: triplicem victoriam nos dissonere perfectissimè ad Manna (quod iustorum est cibus) de-

a Sap. 1. 4.  
b Mat. 5. 8.

c Sap. 16. 21.  
Iustis &  
Vincens  
vilijs Sacra  
Communio

Apo. 2. 17

I.  
Victoria  
peccatorum  
mortalium.

a Exod. 14.  
:8.

b Apoc. 2. 10

c 1. Cor. 11.  
28.

Sess. 3. c. 7.

Confessio.

Vel certe  
Contritio.  
d Matt. 22.  
12.

e 1 Reg. 4.  
31. 10.

gustandum: neminem verò dignè illud degustare posse, qui minimum non obtinuerit primam, quia maximos suos hostes, omnia scilicet peccata capitalia, per Sacramentum Pœnitentiæ vicerit. Quemadmodum enim Manna non fuit Israelitis datum, donec ex Ægypto discederent, rubrumque mare traicerent, in quo ita omnes eorum hostes submersi sunt, ut a nec unus quidem *superfuerit ex eis*: ita diuinus hic cibus non prius peccatoribus datur, quam malum suum statum deserant; omnesque iniquitates & peccata in pœnitentiæ mari demergant. Nam priusquam Dominus noster victori promitteret Manna absconditum, dixit Episcopo, cum quo loquebatur, ut *pœnitentiam ageret* de suis peccatis, & repelleret hostes suos: nam sine hac victoria ipsum non fore dignum tali cibo: ideoque obtulit ille ipse Dominus se contra eos *pugnaturum gladio oris sui*. Non enim satis est, eos in pœnitentiæ mari demergere, sola peccatorum contritione; sed necesse est, ut idem ipse Dominus per os Sacerdotis eos iugulet gladio sui diuini verbi; absolutione scilicet Sacramentali, quâ præcedat omnium integra Confessio: iuxta præceptum quod Apostolus intimauit, cum dixit *e probet seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus Domini*, nec illud ab ordinario pane discernens. Cum autem dixit *probet*, & *examinet seipsum*: significat, (quemadmodum Catholica Ecclesia sentit, & in Concilio Tridentino declarauit) eam probationem necessariam esse, quæ fit in Sacramentali Confessione: quam Christus Dominus in eum finem instituit, nisi in aliquo raro casu: quo & Communicatio vrgeret, & non adesset Confessarius. quia tunc Contritio sufficeret; aut talem diligentiam ad eam consequendam adhibere, ut prudenter existimaret se eam obtinuisse. Alioquin, si ad cœleste hoc conuiuium accedas, aperte tibi conscius quod non habeas Dei gratiam: dicit tibi Dominus, quod *infelici conuiuiæ illi: d amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem?* meritoque contremiscere potes: ne statim iubeat ministros suos, *ligatis manibus & pedibus, mittere te in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium*: eò quod immundis dentibus tuis ausus sis sumere panem vitæ, & simul iudicium tuæ condemnationis æternæ: sicut fur & homicida aliquis, qui in suam domum iudicem inducit, in cuius conspectu aliud crimen edit atrocius. sic enim ipsemet ad se adducit eum, qui ipsum suspendet; puniendo pro meritis delictum illud cum cæteris. Memor esto e *Arcam* testamenti, quæ prodigiosè alias Habraum populum in bellis & pugnis protegebat, cum in Dei sui gratia & fauore manerent; eandem fuisse maioris eius ruinae occasionem, cum illam in castra sua adferri curarunt, existentes peccatores, ut intelligas: quemadmodum com-

munio

munio bene sumpta ministrabit tibi arma ad vincendos Dæmones ita eandem male sumptam fore occasionem magnæ ruinæ, & vt ab illis deualteris.

QVOD si copiosiori diuini huius Manna dulcedine frui velis : alij quoque eius hostes sunt depellendi. qui etsi adeo magni non sint, valde tamen sunt noxij : multitudo scilicet peccatorum *venialium*, & inordinatæ carnis *passiones*, ad voluptates & delicias quinque sensuum propendentis. Si enim huiusmodi sensuum oblectationibus te subicias : etiamsi Sacramentum sumas, manebis aridus, & speciali refectione priuatus, quam bene sano & purgatæ animæ palato, ipsum recipientibus solet communicare. Recordare quod antiquum illud Manna, non fuit datum Hæbreis statim atque mare rubrum transierunt, sed postquam tota farina, quam ex Ægypto secum acceperant, erat consumpta. noluit enim DEVS utroque cibo eos simul vesci. Quis enim iustus est, qui cum aliquo tempore in captiuitate Ægyptiaca tanquam Diaboli mancipium propter peccatum manserit, etiamsi inde per pœnitentiam liberetur, non secum farinæ aliquid acceperit, qua per dies aliquot quasi pascatur? Farina Ægypti sunt odores & vestigia, quæ remanent ex vita præterita; & res illa delectabiles, quibus amor proprius fouetur & nutritur: quales sunt loquacitates, ioci, & profana solatia. Quam farinam si adhuc retinere velis, cogita te huius Manna suauitatem non experturum; aut si hac refici & recreari velis : necesse esse, farinam illam proijcere & consumere. Nam (Sanctus Bernarnus ait) non posse in eodem corde coniungi carnis & spiritûs delicias; nec mundi farinam & Manna cœlestis; nec vult DEVS ancillam filium in domo serui sui Abraham ludere cum Isaac : quæ vox risum significat; ac propterea dicit *feice ancillam & filium eius*. Quæ autem est hæc ancilla nisi ipsa caro? & quis eius filius; nisi amor proprius? uterque autem propendet ad farinam suam, sensuum scilicet delicias: sed necesse est vtrumque ex animæ domo eijci, si remansurus in ea sit Isaac, risus scilicet & lætitia spiritus. Et quamuis Abrahamo graue esset hoc exequi: dixit tamen illi DEVS: *non tibi videatur asperum super puero & ancilla tua, vt illos à te separes: quia ego sum qui id fieri precipio.* & statim, (quod esset ad obediendum promptissimus) voluntatem propriam vicit, vt expleret diuinam. Vince tu quoque tuam, quæ adeo inclinatur ad indulgendum carni; & amoris proprii illecebras; vt particeps esse possis illius Manna quod tibi communicabit DEVS in hoc conuiuio.

SEDE vltèrius adhuc est tua victoria progressura: dando operam, vt cordis etiam *distractio*nes vagationesque vincas: quæ valde etiam

2.

*Etiam venialium & passionum.*

*Farina Ægypti.*

*Serm. 2 de Ascensione.*

*f Gen. 21. 9.*

*Mundus cum Deo coniungit nequit.*

3.



Denique di-  
fractionum  
§ Præu. 23. 1

impediunt laporem illius Manna, eò quòd relaxent, & effundant medita-  
tionem, ad illum percipiendum disponentem: Nec minus importuni ho-  
stes esse solent *stultæ cogitationes*, quàm affectiones inordinatæ. De  
vtrisque enim dixit Sapiens: *g quando sederis ut comedas cum principe: diligen-  
ter attende, quæ appositæ sunt ante faciem tuam; & statue cultrum in gutture tuo.*  
quasi dixerit: cum accedis ad comedendum cum Principe cœlesti in  
mensa huius sanctissimi Sacramenti, diligenter attende, quem illud intra se  
continet, penetrans ad id quod in illo Manna est absconditum; & cultro  
discretæ Meditationis illud diuide: neque enim integrum debes deuorare,  
sed simultamen mortificationis cultrum immitte in guttur tuum, vincens  
teipsum, distractiones tuas & affectus inordinatos, & sensuales carnis tuæ  
appetitiones iugulans: vt dignus sis suauitatem degustare huius cibi cœlestis  
qui est alimentum hominum mundo mortuorum; sed viuientium Deo mor-  
tuorum amori proprio; sed viuientium diuino, mortuorum sibi ipsis; sed  
Christo viuientium: vt locum in te habeat, quod Sanctus Paulus ad Co-  
lossenses scripsit: *h mortui estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.*  
Si enim CHRISTVS Dominus noster absconditus est, & quasi res quædam  
mortua, & in ipso Sacramento sepulta, vt tuus fiat cibus: æquum est, vt teip-  
sum etiam tanquam mortuum geras, per tui ipsius mortificationem: & ab-  
scondas te per meditationem cum ipso Christo in DEO: vt abscondito eius  
Manna frui possis.

§ 2. *Victoriæ aliæ magis particulares.*

**H**Æ sunt victoriæ quæ in genere precedere debent sacram Com-  
munionem; quæ eò vtiliores erunt, quò fuerint magis particulares.  
harum itaque aliquas magis in particulari indicabimus. *Prima* erit  
vt ipso die sacræ Communionis studeas ita gulam superare, vt omnino  
ieiunus ab omni cibo & potu accedas: vt intelligas Christum Dominum  
nostrum debere esse primum ac præcipuum animæ tuæ cibum: pro cu-  
ius amore & reuerentia renunciare debeas cuicumque carnis delecta-  
tioni.

**DEINDE** eodem die singulari cura ac diligentia debes *sensua-*  
*litatis* stimulos vicissè; ita vt à præcedenti nocte nulla præcesserit cul-  
pa, quæ corpus & animam maculet. Dedecet enim eodem die ad Com-  
munionem accedere, quo graue aliquod lethale peccatum est admis-  
sum, & quidem multò magis si fuit inhonestum. Imò suadent sancti,  
expedire, vt etiam à Communionem abstinenceatur, quando præce-  
dente ipsa nocte aliqua huius generis, etiam sine culpa, accidissent. Pu-  
rissimi enim & castissimi agni caro, nec contingenda est, nisi à pura & casta  
carne. licet in hoc merito amplectendum sit prudentis Confessarij confi-  
lium.

h Coloss. 3. 3.  
Cum ab-  
scondito  
Christo te  
absconde.

1.  
ieiunus.

2.  
Mundus.

S Thom. 3.  
p. q. 80 ar. 7.

lium. Effet verò magnum quid semper ad Cõmunionem nõ solum à corporalibus cibis ieiunum accedere, sed etiam à peccatis venialibus, ita vt illo die in nullum ex malitia, & sciens ac volens incidisses.

ACCEDENDVM est etiam omnibus mundi pompis deuictis, & punctis prophani honoris quoad locum, vestes, & externum apparatus, qui vanitatis potiùs, quàm religionis intuitu adhibetur. nam in præsentia Dei uentis, quicumque magnus est, debet se paruum iudicare, & qui magis est humilis, ille est maior, & qui tunc puncta & respectus huius mundi obseruat, non adfert secum dispositionem quæ Christo placeat. Cum autem conuiuium hoc exhibeatur ex eodem pane, eodemque Sacramento interiùs & exteriùs, vt omnium inter se vnio & coniunctio conseruetur: rationi consentaneum est, eo modo ad aliud accedere, vt huic vnioni nihil derogetur; sed diligentius tunc seruetur, quod dixit Ecclesiasticus. *a quanto magnus es, humilia te in omnibus, quoniam magna potentia Dei solius, & ab hominibus humilibus honoratur.* si itaque in mundo quidem sis magnus, sed in tuis oculis paruus, honorabis DEVM: Deusque ex te honorabitur, non ob tuam magnitudinem, sed ob humilitatem, quam cum illa coniungis.

ACCEDENDVM etiam est ad Cõmunionem sacram, ita deuicta mutabilitate & inquietudine corporis, vt toto tempore, quo ibi sit manendum, ante & post Cõmunionem sit quis in corpore & spiritu, cum ea decencia & reuerentia interna & externa, quam & conuiuium, & princeps ipse, qui inuitat, requirunt: nam & hoc ad humilitatem pertinet. Propterea enim dixit ipse Saluator, *b cum inuatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco.* recumbere enim quietem significat; nouissimus verò locus reuerentiam & humilitatem prodit. Hæc autem ostendenda est actibus adorationis externæ; flectendo scilicet, aut prosternendo se, saltem spiritu; coniunctis manibus, & oculis nunc in terram defixis, sicut ille publicanus; nunc in ipsum Dominum iam iam appropinquantem. Hæc omnia collegit S. Ioannes Damascenus hisce deuotissimis verbis: cum omni timore, & conscientia pura, & indubitali fide accedamus, & veneremur ipsum omni puritate animæ & corporis. Accedamus ei desiderio ardenti, manus in crucis modum formantes, crucifixi corpus suscipiamus, & apponentes oculos, & labia, & frontem; diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis desiderij assumens ex eo carbone ignitionem, comburat peccata nostra; & illuminet corda nostra, vt participatione diuini ignis igniamur & deificemur.

DENIQUE vincendæ sunt omnes tentationes, non solum quæ verè tendunt in malum, sed etiam quæ in imperfectum: quærendo in ipso Sacro & Cõmunionem non tuum honorem aut præmium præcipue; neque propriam delectationem, etiam spiritualem; sed ipsius Dei gloriam, & vnio-

3.  
Humilis.

a Eccl 3.10.

4.  
Cessans modestia.

b Lu. 14.10

Lib 6.9. Fi-  
dei 14.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

nem charitatis cum ipso met Domino, tuisque proximis: peccatorum tuorum teniam, ventationum victoriam, à lapsu præseruationem, & in virtutibus omnibus augmentum, & vsque ad mortem perseuerantiam: Communionem ipsam iam ad vnum, iam ad alterum horum finem; aut omnes simul applicando. Vt verò omnes hos fines memoria retineas, uti poteris septem petitionibus preceationis Dominicæ, in quibus septem hi fines valde excellenter continentur.

Septem petitiones.

Victoria sui.  
c Cant. 5. 5.

OMNES hæ victoriæ in ea generali includuntur, qua quis seipsum vincit & abnegat perfectissima mortificatione: qua exornauit se sponsa, ut exiret obviam dilecto suo, cum ille pulsaret peteretque aperiri sibi. nam, cum illa ex aliqua ignavia à surgendo se excusaret, eam tandem vicit: tantaque myrrhæ abundantia sese inunxit, ut ipsamet diceret: *currexi ut aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatissima.* His verbis significans omnes eius potentias, ac sensus suauissimè produxisse perfectissimæ mortificationis opera: vincendo ipsam, non solum in rebus magnis, sed etiam in r. animis, quæ à perfectione Christiana aliquo modo degeneret: imò etiam in multis licitis, quas sine culpa potuisset accipere. illas tamen etiam eo solo nomine, ut se ipsam vinceret & abnegaret, ad eò repudiat, ut ipsi digiti vsque ad extremitatem pleni essent myrrhâ: ac proinde summam haberent puritatem; non solum ab aliqua macula, sed etiam à ruga & imperfectione omni. In cuius signum: etiam si Sacerdotes manus lauerint, ac digitos, antequam sacrum inchoent; iterum in medio sacri, digitorum extremitates abluunt, ut ea cæremonia (quemadmodum ait S. Dionysius) prædictam puritatem & munditiæ significent, que continuanda est & augenda, vsque ad dilecti ipsius ingressum. ut ipsa domus & hospitium, quo recipitur, ad eò sit mundum & fragrans: ut in eo habitando oblectetur.

De Eccl. Hierar. c. 3.  
Ablutio manuum.

§. 3. *Quæ præmia ijs reddantur, qui cum prædictis Victorijis communicant.*

Vt magis animeris ad pugnam, & prædictas victorias obrinendas, audi præclarissima præmia, quæ Christus Dominus noster victenti promittit, ac re ipsa dignè communicanti impertit. Nam cum dixisset a *Vinctenti dabo Manna absconditum*, subiungit, *& dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Quis autem est iste calculus candidus & pretiosus, nisi ipse Christus? qui simul vicem subit ipsius Manna, quatenus cõuiuas suas nutrit, ac delectat; & calculi candidi, ob spem, quam præbet æternæ vitæ, innitentem diuitijs spiritualibus, quas communicat? Ad cuius intelligentiam est aduertendum, consueuisse olim Iudices, sua suffragia dare candidis & nigris calculis siue lapillis: Candidum dabant in fauorem Rei, quâdo absolutum & liberum dimittebant; ni-

2 Apoc. 2. 17.  
Vide ibi Riberam, & Viegas.  
Calculus candidus.

gro verò contrarium ferebāt suffragium. Et eodem modo in Electionibus ad officia & dignitates Reipublicæ, lapillis & calculis huiusmodi utebantur: imò etiam ad ipsos computus: prosperos item dies cõputabant candidis calculis; tristes verò & aduersos nigris. Ita Perſius: *Hunc Mairne diem nura meliore lapillo, Qui tibi habentes apponit candidus annos.* Quæ res, cum omnibus fidelibus illius tẽporis cognita eſſet: voluit Chriſtus D. N. ea ratione declarare ſtudium & fauorem, quem vincentibus exhibiturus eſſet, dans illis calculum candidum ſimul cum Manna: ſe ipſum ſc. quaſi pignus certum, quod quantum in ſe eſt, ſententiã proferat abſolutionis, & approbationis, beneuolam valdè ac fauorabilem; qua peccata illis condonat; & æternas inferni pœnas remittit; ipſosq; eligi & approbat ad ipſi in cœlo corregnandum. Ac propterea etiam datur tanquam calculus *computatorius*, vt inſinita ipſius merita & ſatisfactiones, tanquam titulum allegare poſſint, ad præmia donaq; cœleſtia impetranda. Cuius merita quia non ſunt ſufficienter remunerata, ſeipſum hic nobis tradit, vt ea poſſimus æterno eius Patri proponere, petentes, vt in nobis illa remuneret. Datur etiam candidus lapillus tanquam in ſignum, quod recipiens, ſperos ducet dies, annosq; fœlices: expendens eos in Dei ſui obſequio cum magna cordis lætitia, & pace, ac ſecuritate conſcientiæ, cuius *teſtimonium* (vt Apoſtolus dixit) *eius erit gloria & ſolatiũ*, tanquam pignus habens, q̄ ſitã Chriſto approbatus, & ad cœleſtis regni hæreditatẽ acceptus: iuxta illud Eccleſiæ: *futura gloria nobis pignus datur.* Et quamuis hoc diu perduret, ac perſeueret, non eſt tamen dies magis proſper ac dignior, qui candido lapillo notetur: quàm ipſa dies fœlicis alicuius communionis, quando ſcilicet ipſemet Saluator actualiter eſt intra ipſum cor, hoc munere fungens, vt ſuum conuiuam ſecurum reddat. tunc. n. optimè impletur illud Salomonis: *c ſecura mens quaſi iuge conuiuium.* Huc accedit q̄ Chriſtus D. N. ſimul det tale pignus q̄ nõ obtinget illi *niger* calculus, qui ſolet improbis, qui à Dæmone ſuperatur, obtingere, in ſignũ reprobationis, vitæq; infeliciffimæ, & calamitioſiffimæ, quã ſunt æternũ ducturi; & quorũ dies futuri ſunt tristes & ærumnoſi: ratio deniq; vltima, quã reddituri ſunt, ad eò miſera: vt propter eã incurrant tẽporalẽ & æternã mortẽ: & cum peccatores in die Iudicij, in totius mũdi cõſpectu nigrũ recipiant ſuã dãnationis calculũ: eò q̄ hoſti ſuo ſe ſubiecerint: Iuſtus tale pignus habeat, q̄ ſit recepturus abſolutionis ſuã calculũ candidũ, & q̄ ſupremus Iudex tribuet eis *d regnũ* q̄ p̄ ſuis Electis *preparatũ eſt ab origine mundi.* O victoriã cœleſtẽ, q̄ ad tale diſpoſuit cõuiuũ! o fœlicẽ comestionẽ, qua fœlix ad eò calculũ accipitur! o anima, quæ præ timore dãnationis tuæ es anxia, & vt tuã ſaluationẽ ſecuriorẽ reddas valdè ſollicita, ſi certiffima eius pignora, q̄ in mortali hac vita haberi poſſũt, habere deſid eras: vince te ipſã, vt digna efficiaris, quæ di-

uinu m

Satyra. 2.

I.

b 2. Cor. 1. 12.

c Pro. 15. 15.  
Calculus  
niger.

d Mat. 25 34

uinum hoc Manna sumas, cum quo dabitur tibi calculus candidus, qui de vita æterna, ad quam suspiras, securam te reddat. Ipsius enim Domini illud est verbum; *si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum; & qui manducauerit meam carnem, iam habet uitam æternam; quam non auferet tibi, si perseueraueris, sed & auxilium dabit ad perseuerandum.*

SED quoniam hæc adeo gloriosa, non ipsi soli Christo Domino Nostro, eiusque solis meritis ita innituntur, ut nostra excludant, & industriam ac laborem nostrum: fit, ut simul cum diuino hoc Manna alius etiam nobis detur calculus candidus, qui semper permaneat in anima Iusti uincens, puritas scilicet vitæ, candor castitatis, & splendor gratiæ simul cum innocentia & sanctitate: quæ virtutes omnes ac dona, quæ illam comitantur, efficiunt. Quis autem candidior potest esse calculus, aut pretiosior, quam fit *charitas*, quæ *finis est precepti*, & obedientiæ, quæ illi paretur: in qua fundatur sententia, quæ pro nostra saluatione fertur: Hæc enim dat nobis interiora pignora ad eam obtinendam, nomine & titulo bonorum operum, quæ tanquam lapides sunt computatorii: propter quos dabitur nobis cælum: totque gloriæ gradus, quot illæ habent meritorum. Hæc spem nobis facit, quod simus bonam rationem reddituri; cum à nobis exigetur, facitque dies nostros letos, annos hilares, & consolationes valde solidas, ac cordiales. Hæc nos à nigris calculis liberat, repellens à nobis praua opera, inconstantiam ac timiditatem, quæ nos tentationibus subiiciunt. Hæc denique (ut S. Augustinus ait) discernit inter Filios Dei, ac Filios Dæmonis; & qui illam habent, *sicut nix sunt candidi*, & qui illa carent, sicut carboni sunt nigri.

Tract 5. in  
Epist. 5. 10a.

g Thre 4 7.

5.

Epist. ad Damasium quæ  
incipit LXX  
Lib. 33. c. 7.

g Isa. 28. 16.

1. Pet. 1. 6.

h Cant. 8. 7.

i Rom. 8. 35.  
Carbunculus arboris.

SED multo adhuc plus candidus hic calculus significat: nam ex mente S. Hieronymi & aliorum Doctorum, est pretiosus lapis CARBUNCULUS, de quo iam diximus. qui (ut Plinius refert) solet esse candidus, sicut candet ferrum, cum valde accenditur in foco: & refert Christum D. N. qui *gladius est* valde probatus & pretiosus: qui admirando lumine nitet, ardetque inuictæ charitatis igne, qui, cum sacra Communione animæ coniungitur, eam dat pretioso alterius carbunculi dono: forti scilicet charitate, ardente, & splendente, valdeque simili ipsius Christi charitati: ita ut *hæc aqua multa non possint extinguere tantam charitatem, nec flumina obruere illum*: quia adeo erecto & infracto animo ex hoc sumpto cibo erit: ut cum Apostolo dicat: *quis nos separabit à charitate Christi?* siue ab ea, qua ipse nos persequitur; siue, quam nos ad illum habemus. Et quis diuisionem faciet inter cibum sumptum, & eum qui sumpsit, postquam ex utroque factum est vnum? si igitur Christus in sacra Communione me fecit vnum secum; quis nos ab inuicem separabit? certus sum ob hæc pignora, quæ ipsemet Dominus in hoc cibo mihi tribuit, quod creatura nulla poterit me separare à charitate, quam mihi cum illo

communicat, ad ipsum enim spectat hanc vnionem conseruare, quam ipsemet fecit. Aliqui etiam Doctores, per calculum hunc candidum intelligunt margaritam, seu gemmam, cuius pretium olim erat inestimabile: præcipue cum duæ valde similes inueniebantur, quas VNIONES appellabant. Et quamuis certum sit Christum D. N. esse vnica[m] k *margaritam* singularem infiniti precij & valoris, cum qua nulla alia in omnibus æquari possit: est tamen eius charitas adeo immensa, vt veniat ad Sacramentum ad faciendos vniones adeo excellentem sanctitatem communicanti iusto tribuens, vt in ea valde ipsi assimiletur; & per vnionem amoris fiant vterque tanquam duæ margaritæ & vniones valde sibi similes. Quamuis præcipue huiusmodi vniones in magna æqualitate & similitudine faciat inter ipsos iustos; hos cum illis ita vniedo, vt sint tanquam cor vnum & anima vna, propterea quod panis, quem sumunt, sit vnus; & Manna, quod gustant, vnum; & vnus lapis viuus, à quo omnes hanc vnionem accipiunt.

SED vterius adhuc extendit se magni Dei nostri liberalitas, dum vincens promittit, simul cum Manna & calculo candido, se daturum in calculo *nomen nouum* scriptum tantæ excellentiæ, quod nemo scire possit, nisi qui accipit. Et quoniam nomina, quæ DEVS imponit, non sunt inania, sed plena excellentia, quam significant: pro eodem reputatur dare illis *nomen* & dare excellentiam, qua illos honoret. Sed videamus quænam hæc sint nomina, vt ea & æstimare nouerimus, & procurare, nosque dignos reddere, qui illa accipiamus.

QVOD vt intelligas, aduerte; in calculo candido verbi diuini incarnati, præcipua tria nomina admirabilia esse scripta. Primum est nomen in *Iesu*, quod significat *Saluatorem*; quemadmodum Angelus declarauit beatissimæ Virgini & n. *S. Iosepho*, quod nomen etiam fuit illi in Circumcisione impositum; ed quod sanguine suo pretioso saluos erat factururus, & redempturus homines, liberando eos à suis peccatis; & pœnis æternis, quas illis erant promeriti. Secundum nomen fuit *CHRISTI* quod *vnctum* significat; quo nomine illum propheta compellarunt, ed quod futurus esset supremus Rex, & summus sacerdos & omnibus gratis o *Spiritus*; diuini donis *sine mensura* vnctus: Tertium nomen fuit illi *FILII DEI*; ob vnionem Hypostaticam, ob quam primogenitus est, & in omnibus æterni Patris hæres. quemadmodum eius Pater declarauit in Baptismo, voce illa de cælo, qua dixit p *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Hæc tria nomina sunt noua, quia nullus ante ipsum Saluatorem, in ea qua ipse excellentia illa habuit. Quæ excellentia adeo est infinita, vt ipsemet solus, qui ea accepit, eam cognoscere & æstimare possit. Sed quamuis nomina sint tria, aliaque innumera sub eis lateant, ex omnibus ra-

Plinius lib.  
9. c. 29.

k. Ma. 13. 46.

Charitas  
Dei &  
proximi.

Apoc. 2. 17.

m Luc. 1. 31.  
Ep. c. 2. 21.  
n Mat. 1. 1. 21

IESVS.

Christus.

o Ioan. 1. 14.  
Ep. c. 3. 34.  
Filius Dei.

d Mat. 3. 17.

men hē vnam nomen, sicut vnus est is, cuius illa sunt. nam vnunquodque illorum alia duo in se includit: & cum omnibus ad sanctissimum Sacramentum venit: iustis que in sacra Communione sese tradit, vt participes eos faciat magnalium, & excellentiarum, quæ in his nominibus continentur; ita vt & ipsi eorundem nominum sint participes.

.1  
q. I. Cor. 1. 30

IESVS.

NAM primū ibi datur nobis calculus candidus cum dulcissimo nomine IESVS, facit enim officium Saluatoris, salutem & sanctitatem, quam nobis comparauit, nobis applicando. Itavt ibi sit nobis q*uasi* iustitia, & sanctificatio, & redemptio; & modo quodam proprium ipsum nomen nobis attribuit, quatenus cooperatores suos fecit, ad ipsam nostram salutem. Quamuis enim solus ipse Iesus sit præcipuus noster Saluator; at cum eius auxilio & gratia vnusquisque saluat ac r*ed* sanctificat seipsum: potestque salutem & sanctificationem aliorum adiuuare.

1. I. Ioan. 3. 3.  
Eccl. 2. 10.

2.

Catechesi  
Mystagogi  
ca 4.  
Christus  
(Den 122. 13  
Psal. 80. 17)

FACIT etiam nos participes nominis CHRIS TI, à quo omnes vocamur Christiani: & per Communionem (quemadmodum ait S. Cyrillus Ierosolymitanus) vocamur Christophori: quia Christum ferimus. Cuius nomen propter v*er*u*er*tionem, quam significat, est quasi vnguentum per omnes animæ potentias effusum, quas donis & virtutibus, oleoque deuotionis ac lætitiæ spiritualis vngit. Nam ex viua spetra quæ in hoc Sacramento est, oleum & mel fluit, quod recreat & vngit suscipientes: vt fiant spirituales Sacerdotes, Reges, & Prophetæ in virtute eius, quem intra se ipsos gerunt.

3.  
1. I. Ioan. 3. 1  
Filius DEI.

DENIQUE participes nos facit supremi nominis FILIORVM DEI, quod tanti facit S. Euangelista Ioannes, cuius excellentias indicauimus initio primi Fractatus; & eius indicium est hæc Sacramenti sumptio, siquidē datur nobis panis proprius Filiorum, qui consistit in amore, reuerentia, & obedientia erga cœlestem nostrum Patrem: Qui complacet sibi in nobis, quemadmodum in Filio suo naturali, propter quem accipit nos in Filios adoptiuos.

u. Isa. 62. 2.  
Sponsa  
Christi.

P P A T E R E O noua sponsæ & amicæ nomina, quæ idem Rex cœlestis animabus ipsum suscipientibus attribuit: illud in singulis earum adimplendo, quod de sua Ecclesia dixerat: u*oc*abitur tibi nomen nouum quod os Domini nominabit. Et eris corona gloria in manu Domini, & Diadema regni manu Dei tui: non uocaberis ultra Derelicta: sed uocaberis voluntas mea in ea. Vbi autē melius hoc expletur, quàm in feruenti cōmunionē, quando anima tanquam sponsa, cum suo sponso coniungitur: qui h*on*ori sibi ducit coronam suam ei tanquam Regina, ac victrici imponere: & vt intelligat se ab ipso amari: ac proinde se teneri ad ipsum omni suo affectu & voluntate redamandum. illud verò maiorem adfert admirationem, quòd hæc nomina semper dicantur noua, nam quotiescunquē fit Communio, modò cum spiritu fiat,

ea renouat hic Dominus tanta animi letitia: atque si tunc primum ea imponeret, confirmans & augens excellentias, quas cum illis tribuit.

OMNIA denique illa præclara, quæ de hoc diuino Sacramento eiusque nominibus hæcenus diximus, aded sunt excelsa & stupenda, & desiderium, quo ipse Saluator tenetur, vt eorum participes efficiamur, aded est vehemens, vt, ad nos ad idem studium ac desiderium animandos, adiecerit illa verba *nemo scit nisi qui accipit*: quasi diceret, date operam diligentem, vt ea obtineatis: ipsa experientia percepturi, quantum illa valeant, absque luce enim & amore, qui cum illis communicatur, impossibile est ea integrè cognoscere, sicut dictum est.

## CAPVT VIII.

CAVSÆ ET RADICES NON PROFICIENTI  
ex frequenti Communione, & earum  
remedia.

INCREDIBILI Sathanas prosequitur odio sacram Communionem, cum cernit insignes fructus, qui ex eius frequentatione possunt prouenire, & hacira excitatus renouat contra eos, qui illam frequentant, persecutionem, quam excitauit in ipsum Christum D.N. cum per eius hostium os protulit illa verba: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium*: quasi diceret: (vt declarat S. Hieronymus) siquidẽ seipsum uiuum panem appellat: uenite, erucifigamus panem hunc ligno: vt ibi moriatur, quasi qui toxicum, quod est uenenatum cuiusdam arboris succus, in panem mittit, vt comedentem occidat. Quid itaq; existimas, Sathanam facere, cum agis de Communionem sumenda: nisi quod trabem quandam, siue crucem in pane ponat, quem sumere disponis: omnem mouens lapidem vt amarum & insipidum eum tibi reddat, & preparationem ipsam grauem faciat, ac onerosam, vt vel omnino abstineas, vel ita malè preparatus sumas, vt qui alias est panis uitæ, occasionem tibi præbeat mortis: quemadmodum Iudæ: de quo scriptum est, quod b post buccellam introiuit in eum Sathanas: vt eum penitus perderet, si tamen superius posita documenta seruaaueris: in caput hostis eius consilium conuerteris. coniungens scilicet lignum crucis Christi, cum hoc diuino pane, nam considerans, quanta ille pro te pertuleat in cruce: panis hoc ligno transfixus uitam tibi adferet, salutem & fortitudinem: & sic adferet commodum. At si crucem Christi horreas, laborem fugias, c. s. q; (vt Apostolus ait) tibi uenter Deus non mirum erit, si horrore & fastidium panis huius concipias, qui mortem crucis representat, aut ita sumas, vt nihil sumendo proficias. Et hinc incipies agnoscere occultas causas, & radices unde exigunt aded perfectus & fructus tibi pueniat,

Nnn 2

qui

4.

Sathana o  
dium in Sa-  
cram Com-  
munionem.  
a Ier. 11. 19.  
ibidem.

b Ioa. 13. 27

c Phil. 3. 19



d Agg. 1. 5.

Tria impe-  
simenta.

a Ioa. 12. 25.

Mortificatio  
necessaria.b Matt. 13. 8  
23.

I.

Terra est in-  
cult.

clerem. 4. 3

qui solet aliàs vberimus ex frequenti Communione prouenire: quæ ad eò potens est ad stupendos prædictos effectus proferendos. multi enim in eam miseriam deueniunt, de qua Aggæus dixit. *ponite corda vestra super vias vestras. d seminastis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati; bibistis, & non estis inebriati; operuistis vos & non estis calefacti: & qui mercedem congregauit, misit eas in sacculum pertusum:* In quibus verbis deprehendemus simul depictas diuini huius Sacramenti proprietates; & radices, cur eius fructus non percipiuntur. Nam Communio ipsa simul est *sementis, manducatio, potus, vestitus, & negotiatio diuitiarum:* & maxima pars hominum mille impedimenta habet ne ex ea proficiat: eò quòd aliqua ex his tribus illis defint; aut scilicet *anima puritas, aut meditatio & oratio, aut mortificatio sui ipsorum.* quemadmodum paulatim explicabitur per quatuor hæc comparationes, quibus vsus est hic Propheta.

§ 1. *Explicantur hæ tres radices.*

**P**RIMUM diuinum hoc Sacramentum est a *granum* illud *frumenti* quod *cadens in terram & mortuum plurimum fructum adfert:* Christus enim D. N. mortuus pro nobis in cruce, & sepultus, gloriosus resurrexit: cuius meritis, mundi conuersio est facta: & ipsemet se in hoc Sacramento posuit, vt in animabus iustorum seminatus, copiosos in eis fructus proferret, in aliquibus quidem b *Fructum trigesimum, in alijs sexagesimum, in alijs centesimum* iuxta dispositionem terræ, in quam mittitur. omnibus enim & in omnibus statibus vitæ que rationibus prodest: Sæcularibus, Ecclesiasticis, & Religiosis; coniugatis, continentibus, Virginitibus, & Doctoribus, Tyronibus in virtute proficientibus, & perfectis; ambulanti bus viam purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam: singulis tantam refectionem tribuens spiritualem, quanta illis opus est, vt in suo statu proficiant. Quod cum ita sit: vnde proueniet vt seminantes multum, colligatis parum? sumatis frequenter diuinum hoc granum in vestris animabus; & exiguum ex eo fructum habeatis? Defectus puocul dubiò non sementis ipsius est; sed prauæ dispositionis terra; eò quòd non sit bene culta, sed spinis & vrticis plena; quæ bonâ sementis vim & efficacitatem impediunt, atque retundunt. Solum enim attenditis vt Communionem sumatis, non cogitantes vt cordis vestri duritiem emolliatis, carnis passiones mortificetis, nimias vestras cupiditates moderemini; quæ spinarum instar animam pungunt, cruentant, & maculant; indignamque reddunt, quæ sumat hunc vitæ panem. quare nisi hos obices remoueat: granum manebit solum, nec proferet in vobis fructus copiosos. Attendite quid D E V S dicat per Ieremiam: *conuate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino & auferete prapuitia cordium*

*cordium vestrorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: quasi diceret, quid iactatis vos, quod fidem Catholicam profiteamini, & sitis habitatores Ierusalem, verique ciues Ecclesiæ; agite, circumcidite dura corda vestra, & superflua eorum abscindite, malitiam eorum auellite: nolite pretiosam aded sementem inter spinas mittere: alioquin vestri laboris fructum facile amittetis. nouate prius terram, in qua illa est iacienda, & d'seminate vobis super opera sanctitatis & iustitiæ: & tunc metetis in ore misericordia.* in hoc enim diuino Sacramento est ipse Saluator, qui est ipsemet misericordia, habetque os apertum, vt annuat omnibus vestris petitionibus, iuxta bonam dispositionem, cum qua accedetis, *offerte illi e vasa munda, à malis liquoribus vacua, & ille infundet oleum suæ misericordiæ & gratiarum, donec illa replentur.*

HINC licet ad secundam miseriam progredi, quam refert Propheta dicens: *comedistis & non estis satiati: bibistis & non estis inebriati;* cum enim sit certum, quod hoc sanctissimum Sacramentum cum omni proprietate sit cibus & potus efficacissimus ad sedandam famem, sitimque animæ extinguendam, donec (vt supra est dictum) diuinorum donorum abundantia eam inebriet. Vnde igitur proueniet, vt ex tanta cibi & potus frequentia tam exigua proueniat virtutis fortitudo, atque si non comedisses? adeoque esurias ac sitias, & in eisdem hæreas necessitatibus, atque prius? vnde etiam proueniet: quod cum diuinum hoc vinum aded sit fortè, nunquam tamen, eo hausto inebrieris, nec mutes errantia iudicij tui dictamina, quæ prius habebas? Ad quod etiam dicere possumus, defectum hunc non in ipso cibo esse; sed in praua tua dispositione. siue quoddam absque fame & siti, & ex sola consuetudine illum sumas, quemadmodum *g Ephraim vinula docta diligere trituram:* quia scilicet comedis, non æstimans diuini huius Sacramenti excellentiam; nec illas diligentias & considerationes adhibens, quæ famem excubant, qua aliàs dispositus accedebas: quas nisi frequenter studeas renouare, eò deuenies, vt & suauem gustum, & spiritus profectum amittas. Non enim sine causa olim DEVS iubebat *h Propositionis panes*, qui diuini huius Sacramenti figura erant, per *singula Sabbatha*, siue hebdomadas *mutari, aliosque recentes & calidos apponi:* ad significandum, quantoperè CHRISTVS Dominus noster desideret, vt singulis hebdomadis feruores Communionis renoues; & quasi recentem panem sumas cum magno spiritus ardore.

QUOD idem DEVS intendebat, cum voluit Israelitas quotidie comedere Manna recens de cælo descendens, nec ab *k vno die in alterum illud seruare*, sed quotidie *ante solis ortum* illud colligerent, quod figura erat, diuinum nostrum Manna, etsi panis sit quotidianus, comedendum

Osa .i. c.

4. Reg. 5.

2.

Cant. 1.

Ezra 10. 1

g Osa 10. 1

h Ienit. 24.

3.

i Reg. 21. 6.

k Exod. 16.

9. 21.

l Sep. 16. 28.

tamen esse tanquam recens, cum recenti sapore & gustu, ac recenti diligentia in preparatione, ut semper proficit.

*Digestio  
traq.*

Ex hoc etiam procedit, quod quemadmodum qui multum comedit: non propterea proficit, si nimis festinanter, & cibo in ore (ubi prima fit digestio) non contrito comedat; aut in stomacho, ob naturalis caloris nimiam debilitatem, non bene concoquatur: ita frequens communio utilis esse non solet, eò quod propter festinatem, & non ruminantem intellectum spirituales hanc escam; ut meditatio in voluntate ignem accedat affectuum: quibus id quod sumitur, animæ ipsi coniunctum, faciat illam proficere. Quod si DEVS iubebat Paschalem in *Agnum festinanter* comedi; id fuit ad significandum, diuinum hunc cibum proprium esse feruentium peregrinorum, qui festinanter ad cælum properant. sed & iubebat *non comedi ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed tantum assum igni*: ut intelligeretur, ignem amoris Dei ac deuotionis hunc diuinam escam condire, ut animæ prodesset possit: neq; enim profuturum, si frigidè ac tepidè sumatur.

*1. cor. 12.  
11.*

*Inans non  
communis  
est.*

*1. Libr. 7.  
Corinth. 10.*

HINC etiam fit, quod quemadmodum infans (cuius cibus debet esse lac, aut liquidum quid) non nutriretur, aut incrementum sumeret, si durus aut solidus cibus ei porrigeretur, quia integrum bolum deglutiret, nec posset digerere: ita multi non proficiunt; quia communicant tanquam Infantes, & non tanquam adulti: quod est contra id, quod Christus Dominus Sancto Augustino dixit: *non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me*: quasi ei diceret: sacram Communionem non esse cibum Infantum, qui nesciunt quid sumant; nec discernunt hunc cibum à reliquis. Ac propterea iure optimo (quemadmodum ait Sanctus Thomas) recepta est illa consuetudo, ut non detur sacra Communio nisi in ætate, in qua sit iam perfectus usus rationis: eò quod hic cibus propriè sit grandium, qui in virtute, & cognitione, ac donorum Dei æstimatione profecerunt. Ex quo fiet, ut si tanquam Infans communices, conuertas in te hunc cibum, sicut reliquos corporis: non tamen tu conuertaris in ipsum, nisi tanquam grandis communices, attendens scilicet, quid agas. nam tunc quia panis est uiuus, in seipsum transformat comedentem: imprimens ei similitudinem in vita & virtutibus.

*3. b. q. 80 a  
9. ad 7.*

*3.  
Palatum in  
fectum.  
1. omil. in  
2. ch.*

TERTIA alia causa, cur ex frequenti communione non proficias est, quod animæ tuæ palatum sit infectum: & ad viles terrestresque carnis cibos propensum & affectum; idè enim in spiritualibus cibus gustum & delectationem non inuenis. Comedis (ait S. Gregorius) nec saturaris: quia aliud mandis, aliud esuris. Comedis Sacramentum, quod non esuris; esuris autè res terrenas & inanes, quas non comedis: propter quas fastidium con-

cipis

cibus ciborum spiritualium : quos lenlim respicis, donec omninò reijcias: aut non, nisi, ut alijs ad oculos satisfacias, assumis. Quemadmodum Israelita, cum Manna ex se aded esset sapidum & palato gratum, ut initio cum magna oblectatione illud comederent. sed quoniam quotidie illud sumebant, eò deuenerunt, ut fastidium illis adferret; & reuocatis in memoriam ollis carniū, quas comedeabant in Ægypto, dicebant: *o anima nostra arida est, & nauseat super isto cibo leuissimo*: ex quo grauissimum illud illis euenit damnum, de quo Dauid dixit: *omne escā abominata est anima eorū* (eò quòd eam escā detestarentur, in qua oēs cibi cōtinerentur eminēter) & *appropinquauerūt vsq; ad portas mortis*, ne comederent. Hunc ergò in modū tibi euenit, qui initio tuæ cōuersionis & nouæ vitæ magnā percipiebas ex Cōmunionē oblectationē, & spiritualem utilitatē: cuius sensim iacturam facis, eò quòd carnis delitijs, vanitatibus & mundi oblectamentis aditum præbeas; ex quo anima tua arefcit, ac deficit, peruenitq; ad ipsas portas mortis, & periculum finiedi vitam aliqua culpa lethali, nisi rediens ad te ipsum, affectiones eiusmodi terrenas exuas, redeasq; ad cum gustu & profectu cōmunicandum; & *renouetur* (ut Dauid dixit *sicut aquila iuuentutis tuæ*, de qua S. August. quòd temporis decursu ita superior pars rostri supra inferiorem excrescat, ut nō possit benè illud aperire ad cibū sumendū; & ita debilitatur, senescit & arefcit: quæ tamen naturali suo instinctu sentiēs periculū sibi imminēs, rostro percudit fortiter petram, donec superiore illam partē frangat; tunc. n. consuetum cibū sumere potest; & ita renouatur: nouasq; induit plumas, ac volat sicut antea. Sic ergò tibi est, quòd licet eò peruenias, ut in virtute sis tantus, atque est quila: imminet tibi tepiditatis & senectutis periculum; eò quòd superior spiritus pars versus terrā conuertatur; patiarisq; eam ad res carnis & mundi inclinare, tuasq; intentiones inuerti, & curuari ad quærendum proprium honorem, proprium commodū, aut gustum, aut hominibus placere; & amplectaris, sequarisq; iudicium proprium, & voluntatis propriæ impetum. ex quibus prouenire solet spiritualium ciborum, & factæ Cōmunionis tædium: *arefcit enim cor tuum, eo quod obliuiscaris comedere panem tuum*. Si tamen oculorum perspicacitatem habeas, ut periculum tuum aduertas, recurrendum tibi est ad lapidē viuū, qui est Christus: cuius fauore & gratiā conterere possis excessus in te succrescentes; confringens proprii iudicij ac voluntatis duritiem; & mortificans intentiones & affectus, eosque ad rectum finem & scopum dirigens. Ex quo deposito fastidio, sumes cum voluptate diuinam hanc escam, quæ iuuentutem tuam, sicut aquilæ renouabit; viresque præbebit ad volandum sine defectione in rebus obsequij ipsius.

o Num. 11.  
6. & c. 21. 5.  
p Psal. 106.  
18.

q Psal. 102. 6.  
Renouatio  
spiritus.

r Psal. 101. 5

## §. 2. SS. Sacramentum vesti comparatur.

lectio. 3. in  
cap. 15 ad  
Rom.  
a Gal. 3. 27.  
b Rom. 13. 14.

Vestis ornat,  
sicut.

c Apoc. 12. 1.

Mors vel  
tempor non  
calefcit.

d Iacob. 6.  
64.

**A**LTA diuini huius Sacramenti excellentia est, quod sit animæ quod-  
dam indumentum. Nouimus enim Christum D. N. instar vestis esse  
hominis iusti. Qui (vt S. Thom. ait) illum induit, aut per Sacramenta, quæ  
fufcipit; aut per Sanctiffimæ ipsius vitæ imitationem, in qua se exercet: id-  
ed enim Apostolus dixit: a *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum in-  
duistis; & omnes exhortatur, vt induant eundem Dominum IESVM Chri-  
stū, se ipsos regentes, & exornantes recentibus ac cælestibus eius moribus.*  
Quamuis enim vna cademq; vestis non possit multis adaptari: (si enim est  
ad mensuram parui hominis facta, non aptabitur magno; nec vestis magni  
apta erit paruo) at Christum D. N. quia est indumentum viuum, adaptat se  
ipsum paruo & magno; macro & pingui: eas virtutes singulis tribuens, quæ  
sunt eis accomodate. Propterea enim Sacramenti huius speciebus se contex-  
xit: vt animā ingressus, eius fieret vestis; suisque gratijs & pretiosis virtu-  
tum vestibus, statū eius capacitati accommodatis, eam indueret, & exor-  
naret. Et quoniam vestis accomodata non solum exornat corpus: sed fo-  
uet etiam illud, eiusque calorem conseruat: & sic est causa, cur illud crescat:  
ita iustitiæ c *Sol* induens animam, ipsum recipientem; calorem eius spiri-  
tualem conseruat, nouoque spiritūs feruore, quem communicat, illum ad-  
auget. Quemadmodum verò corpus non calefcit à veste, ob alteram ex  
duabus causis: vel, quòd illud sit à frigore omninò possessum, & vitali ca-  
lore priuatum: (ac propterea, etiamsi cadauer plurimis vestibus cooperia-  
tur, calorem ab eis non recipiet) aut quòd non benè applicetur corpori,  
nec illi adhæreat: ita etiam, qui communicant, non recipiunt spiritualem  
calorem ex Christi D. N. præsentia: ed quòd à peccati mortalis frigiditate  
sint omninò possessi; aut, ob remissionis vitæ tepiditatem & laxitatem, non  
applicant cordi suo bonum, quòd fufcipiūt: Hæc enim applicatio fit per at-  
tentam considerationem, fidemq; viuam ipsius Domini, quem fufcipiunt,  
& virtutum eius; & per *cingulum* mortificationis, quo illæ nostro spiritui  
cōnectuntur. quæ duæ res si desint, Communio ipsa, & reliqua bona opera  
externa, erunt tanquā vestes discinctæ, nec aptatæ: à quibus nullus animæ  
calor accedit: quia non perueniunt ad eius interiora. Et in hunc sensum in-  
terpretari licet, quòd Christus D. N. cū de hoc Sacramento sermonem  
haberet, dixit: d *Spiritus est, qui viuificat; caro autem non prodest quidquam.* Nam  
quemadmodum sola caro Saluatoris, nisi diuinæ personæ, quam spiritū ap-  
pellat, coniuncta esset, animas nostras non viuificaret: ita hæc ipsa caro di-  
uinitati vnita, si non aliter fufcipiatur in Communionem, quàm corporaliter  
sine spiritu, sine viuâ fide, & sine ea consideratione, quam talis cibus exigit,  
non adfert animæ vtilitatem.

Ex omnibus, quæ diximus, colligitur detrimentum vltimum, quod

Propheta retulit: *e qui mercedes congregavit, misit eas in sacculū pertusum*, quasi diceret: quamvis nullum sit medium ex se magis efficax ad spirituales divitias colligendas, quam ritè, digneque facta communio, in qua omnium divitiarum largitor suscipitur: aliqui nihilominus parum ex ea proficiunt, nec fructus apparet laboris eorum: quia totū id incidit in cor tale, quod est quasi *saccus pertusus*, ex multis partib. ita effluens, vt retinere nequeat, nec bonum conservare, quod suscipit. In hanc miseriam incidunt, qui pravis predictis dispositionibus communicant. & illi etiam, qui statim post communionem cor suum per quinque sensus effundunt, quarentes delicias, & solatia terrena; & qui non herēt in perpendendo bono, quod susceperunt, nec attendunt, vt hospite, quem secum habent, fruantur; sed mox liberam relinquunt imaginationem & phantasiā; vt quod libuerit excurrant. Saccus etiam pertusus censetur hominis ingrati & superbi cor, quod insensibiliter ob suam ingratitude, aut superbiam bonum amittit, quod accepit.

DENIQUE indiscretus feruor, cum aliquo obedientiæ defectu, idem adfert detrimentum, nam vt vulgari proverbio dicitur: *Cupiditas saccum lacerat*. Quemadmodum enim nimis cupidus homo tantum pecuniæ sacco imponit, vt eum crepare faciat; ita nimis zelosus homo, cum indiscretè suo solo iudicio ducitur, ad terminos excedit in pœnitentijs, orationibus, & communionibus, vt omnia confringat ac destruat, eò quod medium non tenuerit, de quo superius est actum.

## CAPVT IX.

VARIA ET UTILISSIMA DOCUMENTA AD  
Sacramentalem Communionem cum spirituali & cum  
Oratione coniungendam; Ex Ruth  
Historia desumpta.



Xijs quæ hæcenus dicta sunt, facile fuerit deprehendere, quanti sit momenti, sacramentalem Communionem cum spirituali coniungere: quam (ait S. Thomas) consistere in seruenti & efficaci diuinū hoc Sacramentum suscipiendi desiderio, sumendo scilicet ipsum Christum Dominum spiritualiter per actus fidei, spei, & charitatis, simul cum ingenti desiderio eidem se se incorporandi per amorē & virtutum eius imitationem. Et hanc appellamus orationem mentalem (quemadmodum alibi dictum est) quæ merito semper debet comitari sacramentalem commu-

e Aggai 1.5.

Negotatio  
utilissima.Saccus per-  
tusus.Communio  
moderata.

p. 78. a. 1.

In Duce spir.  
tract. 2. c.  
17.

a *Zeni. 24. 7*  
*Thus super*  
*panes.*

b *Act. 2. 42.*  
*Meditatio*  
*iungatur S.*  
*Communi-*  
*oni.*  
*Tract. 2. c. 11*

c *Ruth 2. 9.*  
*14.*

d *Isaia 55. 1.*

monem, ut illa cum fructu fiat. Neque enim sine causa Deus in veteri lege iussit, super Panes Propositionis aponi *thus lucidissimum*, absque vlla scilicet mixtura terrena: ut intelligeretur, sanctissimi Sacramenti sumptioni, quod per hos panes significabatur, coniungendum esse thus orationis, & considerationis valde illustrata, & affectuum seruire accensæ. Non enim vult Dominus, esse in sua Mensa panes sine thus; nec thus sine panibus: oratio enim adiuuat Communionem; & Communio ipsam orationem. Et quemadmodum panes supra se habebant thus, ita Communio sustentat orationem; ipsa verò oratio ornamentum esse debet, odorque Communionis. Et propterea (ait S. Lucas) de primis Christianis: quod esset *b perseverantes in communicatione fractionis panis, & orationibus*: utramque scilicet coniungentes Apostolorum sensu & consilio; sicut ipsi à Christo Domino didicerant, qui ad utramque hanc spiritus refectionem exhortatur. Et quando electos suos visitare dignatur, insignia & admiranda documenta illis tradit, ad eam cum fructu sumendam: quorum documentorum summam quandam hic ponemus, acceptam ex ijs quæ venerandus Booz (qui, ut supra fuit dictum, figura fuit Christi Salvatoris nostri) dedit ferventi RUTH, quando ex civitate Bethlehemi exiens, ad suos messores visitandos, eam vidit colligentem spicas. Videns enim eius paupertatem, quia non habebat, unde se aleret, dixit ei: *c Si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quib. pueri bibunt; & quando hora vesçendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messurum latus, & congesit polentam sibi, comeditque, & saturata est; & tulit reliquias, atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret.*

Quæ imago viua magis ac propria depingi potuit eius, quod in spirituali animarum conuiuio geritur: noster enim cælestis Booz, qui, iuxta vocis significationem, est *fortitudo Patris æterni*, paupertatem videns & imbecillitatem in eius obsequio laborantis, nec ex proprijs, sicut altera RUTH, panem habentis, quem comedit; nec aquam, quam bibit; nec iustitiæ titulum ad eam petendam; ipsemet præuenit eam, & inspiratione sua monet, ut accipiat, dicens in primis: *Si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt*; quid enim hoc aliud est, quam illi in particulari dicere, quod vniuersim per suum Prophetam omnibus dixit: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione.* Manifestum est & messores, & qui spicas colligunt, grauem sitim passuros: tum ob grauem laborem, tum ob solis æstum, quo fatigantur. Et qui in virtutum persequutione laborant, non paruum etiam sitim sentiunt; tam ob tentationes & difficultates, quas patiuntur: quam ob ardentia desideria, quæ habent, ut bonum, quod quærunt, consequantur. Quid igitur supremus noster Deus dicit, cum animam fideliter, &

extoto corde ipsi seruientem visitat? si te senseris graui siti laborare: ne te perire sinas, neque otiose expectes, vt aqua de cælo descendat, & influat in os tuum; sed stude diligenter, eam querere. Quod si velis scire, vbi eam inuenies, *vadend sarcinulas*, quæ sunt in Ecclesiæ meæ agro: nam cæsi in exteriori specie sarcinulæ videantur: intus tamen sarcinæ sunt magnæ, continentes ingentia vasa, pretiosis aquis plena: & sunt tanquam e fontes *Saluatoris*, ex quibus magna cum voluptate aqua ista deducuntur. Lege libros sacros & pios; meditare diuina mysteria; suscipe Sacramenta; assiste diuinis sacrificijs: quia in his omnibus aquam inuenies sapientiæ salutaris; aquam deuotionis & lachrymarum; aquam viuam gratiarum ac donorum cælestium: quibus tuam sitim mitigabis, & spiritum resumes ad continuandum tuum laborem.

S E D attende, vt ex aquis illis bibas, ex quibus bibunt *pueri mei*. caue ne eas bibas, quas Heretici aut sæculares homines bibunt, quæ sunt turbida, lutulenta, ac venenata. *f Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam ex Nilo eius flumine? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis eius Euphratis?* si quidem renunciaisti Sathanæ, & eius erroribus; mundo & vanis pompis eius: noli aquas bibere quas ipsi bibunt; ne prophanos libros legas; ne falsa illorū iudicia & dictamina sequaris, quæ circa hæc peritura bona habent: sed claras & crystallinas aquas bibe, doctrinæ puræ, veræ, ac solidæ sanctitatis, quas bibunt pueri & amici mei, attendens modum humilem, & cautum, quo eas illi hauriunt, sic enim sitim tuam sedabis, quemadmodum illi suam extingunt.

### §. I. Monita de Oratione & Communione.

S E D quoniam potus non est sufficiens subleuatio messorum: addit cælestis noster Booz monitum aliud, quo omnes charitatis suæ vires intendit, dicens: *g cum fuerit hora vespæ: veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* Quis enim iste est panis messorum Christi, nisi ipsemet CHRISTVS, qui est *h panis viuus*, præcipue in hoc sanctissimo altaris Sacramento: ad cuius sumptionem, cum eos visitat, exhortatur, præbens eis vtilissima documenta, vt in magnum suum commodum illum sumant.

P R I M V M documentum est, vt veniant *quando fuerit hora*: quo monito præsupponit, debere esse horam sacræ Communioni præscriptam; neque enim absq; mysterio Booz non præscribit RUTH horam aliquam, ad aquas

Siti: perfe-  
ctionis.

c Isai. 12. 3.

Puerorum  
Christi a-  
qua.  
Eierem 2. 18

Fames.

g Ruth. 2. 14

h Ioan. 6. 35.

Hora come-  
dendi.



*Potus frequens.*

*Cibus status*

*De Myst. Theol. 3. p. 3. Spiritualiter quotidie communicandū*

*Lib. 1. de orando Deū Epist. 121. a Probam c. 9.*

*Communio nisi certa dies.*

bibendas: haustus enim itando sumitur; & quasi obiter, quoties fietis sedanda urget necessitas: sed ad sumendum cibum, hora est designata, quia non obiter, sed ex instituto, & longiori temporis interuallo sumitur; ut virtus reparatis, ad laborem rediri possit, ut intelligant operarij Christi, se duplicem spirituales refectioem sumere debere: alteram tanquam potum, & obiter, interrompendo breuiter actiuae vitae actiones, & labores corporales, aliquibus affectibus amoris, ac deuotionis: petitionibus, & orationibus iaculatorijs; quae tanquam hasta in caelum iaciuntur; cum breuibus aliquibus considerationibus, quae aliquam recreationem & respirationem in ipso laboris decursu adferant. Sed praeter hanc aliam debent accipere refectioem in modum cibi, ex animi deliberatione & prolixiori mora: relictis tunc Marthae occupationibus, ac diuersis alijs exercitijs: ut sumendo huic cibo magis attendatur: nunc spiritualiter in oratione & meditatione recollecta illum sumendo; nunc etiam Sacramentaliter ipsum Sacramentum suscipiendo. Ad quod meritò debet esse & dies & hora praescripta, quae inuiolabiliter est seruanda. Communio spiritualis quotidie est sumenda praescripta hora conuenienti, tempore matutino aut uespertino. Nam ut ait S. Bonaventura, si hanc horam sumendo quotidie corporali cibo designamus; & si tunc occurrat necessaria aliqua occupatio, horam ipsam praue-nimus, aut extrahimus; ut occupatione finita cibum sumamus; magis erit rationi consentaneum, horam praescriptam habere ad spirituales animae refectioem quotidie sumendam. Non enim decet maiorem ancillae, quam Dominae curam gerere; & carnem praescripta hora semper frui conuiuio; animam uero suo fraudari: cum etiam grauior sit spiritus quam corporis necessitas. Quod si qua necessaria occupatio, uel ex obedientia, uel ex charitate, praescriptam horam impediatur, sumenda meritò erit ita, atque occupationi fuerit satisfactum: periculosum (ut S. Chrysostomus ait) existimando tali cibo priuari, ne cor ipsum arescat, si panem suum comedere obliuiscatur. Et propterea S. Augustinus dixit: multum referre si hora designetur, ut ipse defectus facilius aduertatur; deturque opera, ut postea suppleatur.

Eodem modo dies est praescribendus, & hora certa pro communione sacramentali iuxta monita supra posita: sine tali enim communione non poterit messis labor perdurare: qui cum sit continuus, necesse est comestioem esse tam frequentem, ut sufficiat ad reliqua bona exercitia sine aliqua interruptione continuanda. Sed latet mysterium in eo quod dixerit Booz: si sitieris, bibe ex aquis: & tamen non dixerit: si esurieris, quando erit hora, ueni, comede. Nam licet sit uerum, quod hic diuinus cibus sit cum fame sumendus, ut proffit; & fames haec ordinariè sit in feruentibus, quando accedit hora praescripta: at si quando fortè deesset fames haec sensibilis: non est

ob id prætermittenda communio. quemadmodum agrotus non omittit comedere hora præscripta: quamuis comedendi appetitum non habeat maior enim necessitatis quam appetitus habenda est ratio. Et statim atque incipit præparatio, solet appetitus accedere: quem ipsa communio excitat, in quo etiam sensu intelligitur illud Sapient. *i Qui edunt me, adhuc esuriunt.*

APPROPINQUANTE vtriusq; communionis hora, obseruandum est monitum secundum, quo dicitur: *veni huc, & comede panem.* quid est autem, Deum animæ dicere: *veni huc*, nisi: accede ad meum conspectum, & ubi ego sum, exercens viuæ fidei actum, huius veritatis, quod ego te aspicio: memento eum, qui *ingressus fuerat conuiuium absque veste nuptiali* non cogitasse, Regem fore præsentem, alioquin fortè non fuisset aulus intrare. Et cum etiam cibus corporis sumi debeat *coram Deo* quasi, qui in eius conspectu est constitutus; quanto igitur magis cibus animæ, qui est ipsemet Deus. Præterea; cum voluerit communicare, *veni huc*: ad locum scilicet intra meam Ecclesiam designatum, *in extraquam non est Paschalis iste agnus comedendus.* Quamuis enim tanta sit huius Domini charitas, vt velit in hoc Sacramento exita templum exire, & agrotorum domos accedere, eosque in suis lectis visitare: at qui sani sunt, non debent tantum sibi tribuere; vt curare velint ad suas domos & oratoria illud deferri; ita rem disponentes, vt sacrum illic Mistæ fiat, & ipsis communio sacra administrerur: sed cum magna animi demissione omnem torporem excutientes, ipsimet templa accedant, in quibus messorum reliqui, & Iesu Christi operarij ad illam sumendam conueniunt, in quorum societate & ipsi diuinum hunc panem, reliquis omnibus communem sumant: propterea enim *communio* appellatur, hoc est, communicatio multorum, vnione charitatis in vno corpore mystico vnitorum: quorum cibus est vnus, & idem Christus: vt eundem spiritum habeant. Hic fuit primorum Christianorum spiritus, de quo S. Lucas: quod *in quorundam perdurabant unanimiter in templo ad orandum*, eod quod ille esset locus ad id constitutus.

Secundum tertium adhuc monitum ista magni momenti verba continent: vt quando communionis hora peruenit, ad eam in puncto accedas, omisso labore, & reliquis omnibus occupationibus in tempus aliud reiectis: non trahendo moras ex pigritia. cui si locum dederis: fortè, cum voles hunc cibum sumere, permittet Deus, vt non inuenias; aut nõ ita sumas, vt tibi profuit. Quemadmodum Israelitæ, quia ex pigritia non veniebant manè diluculo, & tempore præscripto ad colligendum Manna; quando hora erat elapsa, etiam si quærerent, non inueniebant: quia *os sol illud liquefaciebat*, in peccatam incuriæ eorum? Nec tamen ex pusillanimitate accedere prætermittas: indignum te reputans ad eod sublimi cibo, qui sit perfectorum proprius

*Et si famem non sentias.*

*1 Erel. 24. 29.*

*2. Præsentia Dei.*

*k Mdit. 22. 12. 1 Exod. 18.*

*m Exod. 12. 46.*

*Communi- candum in templo.*

*n Act. 2. 46.*

*3. Communio non est differenda.*

*o Exo. 16. 21*

nam ex eodem pane diuinus noster B o o z dat suis messoribus, & R v t h: quæ tanquam pauper spicas colligebat. Panis hic & fortium est & debili-um; diuitem & pauperum; grandium & pusillorum: quare si cum animi demissione ac Reuerentia accedas: hæc ipsa multos alios defectus supplebit. Nam Deus, qui te vocat & inuitat, dicens: *veni huc & comede hunc panem* contentus est ea dispositione, quam vt imbecillis habes ad ipsum sumendum: cupiens interim multò præstantiorem habere: vt tar to conuiuio cum maiori dignitate interesse possis.

4. C v m autem iam eris in conuiuio, illud monitum accipito: *Intinge buccellam tuam in aceto.* & quod dicit, buccellam, significat, diuinum hunc panem non esse integrum sumendum: quia sic nullus stomachus posset illum digerere, nec intellectus comprehendere: eò quod innumerabilia in se includat mysteria: quare in buccellas necesse est illum diuidere, & singulis diebus vnã accipere: cum meditatione scilicet particularis alicuius mysterij, iuxta distributionem supra positam. magis verò in particulari eum quisque bolum sumet, in quo maiorem consolationem & vtilitatem sentit: Christum Dominum nostrum supplex orando, vt ipse dignetur panem hunc frangere, quemadmodum in ipsa nocte p *causa* eum *Apostolis fregit*: ipse enim est electis suis distribuere cogitationes, ac sensa, quæ in ipsa communionem percipiunt. Ex quo fit, vt hic diuinus bolus non omninò siccè sumatur, sed intinctus in aliquo condimento, quod illum reddat magis appetibilem: nam propterea (vt Sancti Patres interpretantur) per q *panem* illum significabatur, quem Christus Dominus *dedit inunctum* in cœna Iude proditori. Sed præcipue bolum hunc intingere debes in *r aceto*, quod *accepit Iesus* in cruce: coniungendo sacra Communioni considerationem tribulationum & amaritudinum, quas ipse in sua passione est perpeffus: nam diuinus hic *sagnus* non debet *comedi absque lactucis agreffibus* & amaris: institutus enim fuit in memoriam eius passionis ac mortis. Quare cum sumitur, meritò in *t memoriam* est reuocandum quidquid ille in ea perpeffus est. Et cum acetum sit tanquam condimentum cibi, quem reddit lapidiorem, valdeque refrigerat; ac propterea est in vsu frequenti apud meliores: ita Communio simul cum memoria passionis Christi est multò vtilior, magisque deuota: & cor ipsum fouet, concupiscentiarum ardores temperat, ac bonorum desideriorum sitim magis ex-fatiat.

§. II. *Alia monita, ad communicandum cum spiritu.*

**S**ED videamus mysticum illum modum, quo RUTH huic Booz mandato paruit. ait enim sacer textus, quodd, cum esset hora vesperti, *sedit ad messorum lauos*: eligens scilicet sibi cum animi demissione, modestia, quiete magna que honestate vltimum locum: hoc siquidem totum exigit huius conuiuij sublimitas, & indignitas inuitati. Et statim additur *congesit polentam sibi*, hoc est, praparauit sibi cibum ex farina purissima, aut (quod alij Doctores interpretantur) ipsemet Booz *porrexit ei granatum*; quo scilicet meliores vesperebantur: eratque ex granis recentis frumenti ad ignem tostis, & manibus confricatis, vt folliculis spoliarentur, quibus in spicis clauderantur. In quo ad viuum omnino adumbratur hoc cœleste conuiuium, quod sua manu CHRISTVS ipse Dominus porrigit: nobis interim prapARATIONE nostra ad id cooperantibus. Nam hoc Sacramentum, vt alias est dictum, *a est frumentum*, quod Zacharias *electorum* siue *iuuenum* appellat, recens & nunquam in terra visum; sed è cœlo veniens, ad mundum renouandum, & noui hominis spiritum tribuendum. quod ipsum adiuuat ad nouum eius præceptum, quod est amoris, exactius custodiendum. Sed est tamen frumentum igni tostum, cum prius fuerit tormentorum ignivstum: nam amoris igne accensum, imensos fuit perpeffum dolores, vt cibum hunc immensis delicijs plenum nobis praparet. quo cibo id obtinetur, quod de sponsa fuit dictum: *bonenter tuis sicut aceruus tritici, vallatus lilijs*. Continet enim intra se CHRISTVM, cum suis omnibus virtutibus. O Saluator dulcissime, frumenti granum in hoc Sacramento absconditum; recens, & antiquum, temporale, & æternum! Antiquum, quia Deus es, cuius ESSE est æternum; & nouum, quia homo: quia de nouo naturam nostram assumpfisti, vt illa nos aleres! O granum excellentissimum; pusillum, & magnum; angustum, & imensum! pusillum in specie, vt qui te ad vnum panis bolum constringas; magnus in tua existentia, cuius immensitas replet orbem terrarum! O granum vnum, & multa; solum, & cum alijs coniunctum: vnum in persona, quia non es plus, quam vnus Christus, Deus & homo verus: solus ac singularis in excellentia perfectionum, ac virtutum tuarum: multa verò in naturis, earumque partibus; & in affectibus, quos in tuorum electorum bonum efficit. Tu in terra seminatum, & pro omnibus mortuum, innumera protulisti grana Iustorum, tibi in sanctitate similia. Nam in hoc Sacramento quotidie in illis seminaris; facisque eos producere heroicis virtutum affectus, eò quod tecum sint feruenti charitate coniuncti: O ignis amoris Diuini, qui huius frumenti grana torruisti, eius corpus, animam, & sanguinem, vt frumen-

tum

y Ruth. 2. 14

Theodo. &  
Lyra. ex  
Hebr.  
Vide Abu-  
lensem hic.

a Zach. 9. 17

b Cant. 7. 2.

tum fieret electorum: illustra me cœlesti tua luce, vt velamen aperire valeam, quo teguntur; eorumque excellentiam, & præstantiam distinctè cognoscere: vre me accensis tuis flammis; vt & ego hunc cibum affectibus charitatis mihi cōdiam. O Manna cœleste, cuius *h gr. ina*, vt comedi possent, *frangebantur mola, & coquebantur in olla ad ignem* frange cordis mei duritiem, pinle aqua infinita tuæ sapientiæ, & coque ardentis tuæ charitatis igne, vt factus tibi similis in vita, degustem latentem in te dulcedinem: & animer ad perfectionem sequendam, ad quam hoc Manna dirigitur.

HAC affectuum dispositione sumendus est Diuinus hic panis: tunc enim euenit quod dicitur de R V T H; comedit & saturata est: in quo nominis eius significatio impletur, quo I, vt supra dictū est, *videntem, & festinantē ac desipientem*, siue *saturā* significat. Nam si cœlesti lumine, sublimitatē huius diuini cibi perspicias, & cum spiritus feruore comedas: (hic enim feruor insinuat, cum iubeatur paschalis ille agnus comedi festinanter) eo sumpto manebis satur: quia bonorum tuorum desideriorum impletionem obtinebis. Nam cum ad animam tuam venit, in ipso ingressu, dicit illud Psalmi: *dilata os tuum, & implebo illud*. Pete quicquid velis, desidera absque termino bonum, quod quaris; & præpara te ad me ita excipiendū, sicut meam decet maiestatem: nam tunc ingrediens implebo os tuum, petitiones, ac desideria tua, donorum meorum abundantia explebo. In cuius testimonium mox subiicit: *Cibauit eos ex adip: frumenti, & de petra melle saturauit eos*. O dulcissimum Sacramentum, quod ineffabili quodam modo simul es panis, & petra: *Quis Pater est*, (ait ipse Saluator) *qui filio suo panem petenti det lapidem*: at tu pater cœlestis, petentibus panem nostrum quotidianum, panem simul & petram porrigis: nam ynigena filius tuus panis est ad nostram nutritionem præstantissimus; & petra viua ex qua fluit immensa dulcedo, ad nos indulgendum: & vtrumque, in tanta abundantia; vt & saturemur, & plurimum adhuc superfit.

NAM sacer textus, postquam dixit, quod R V T H *comedisset & saturata esset*, adiecit: *& tulit reliquias*. Est enim liberalissimo Domino nostro valde solenne ac familiare, vt suis conuiuis tantum pretiosi cibi apponat, vt & ipsi saturentur, & plurimum pro alijs superfit. Nam, cum semel ex *quinque panibus quinque hominum millia satiasset*: tot fragmenta superfluerūt vt Discipuli *impleuerint duodecim cophinos fragmentorum*. & iterum, cum ex *septem panibus quatuor millia hominum satiasset*: *ex fragmentis, qua superfluerunt, impleta sunt septem sporta*: iussitque Apostolos hæc fragmenta colligere, ne perirent. Hæc fragmenta, quæ supersunt (ait S. Augustin.) altitudinem esse diuinorum mysteriorum, plebis multitudo assequi non potest: reseruantur verò collegio Apostolico. Nam in diuino hoc Sacramēto etiam si plebs

vulga-

b Num. 11. 9

Tract. 1. c. 2.

c Psal. 50. 11  
17.d Matt. 7. 9.  
Luca. 11. 11.Ioan. 6. 13.  
c Marci 6. 43.  
Et c. 8. 8.Tract. 24. in  
Ioan.

vulgaris, communem tenens vitæ Christianæ viam multa cognoscat & af-  
lequatur: multò tamen sunt plura, quæ supersunt, & perfectis penetranda,  
magnaque voluptate degustanda referuantur. *Omnes tamen manducauerunt,  
& saturati sunt*: nam etiam imperfecti iuxta necessitatem & capacitatem su-  
am saturantur.

AD HÆC ex vnaquaque Communione, si dignè, vt oportet, commu-  
nices, supererunt tibi reliquiæ, meritò custodiendæ, & in tuto collocandæ.  
Semper enim Dominus noster veritates, sensa, & affectus excellentes im-  
primit, quos meritò debeas interdium ruminare; spiritualiter iterùm eisdem  
lumens vt copiosiores ex diuino hoc Sacramento fructus percipias; vt im-  
pleatur quod dixit Dauid: *reliquia cogitationum Sanctarum diem festum agent  
tibi*; & ei, qui illū celebravit. Quid enim aliud est frequens Communio spi-  
ritualis, quam reliquiæ Sacramentales, ex quibus tot res hauries de ipso Do-  
mino, quem suscepisti, cogitandas, vt singulis diebus & horis illum com-  
edere & ruminare videaris. Idèd enim in libro Canticorum de Sponsa dicitur:  
*Guttur tuum sicut vinum optimum*, hoc est plenum vino optimo: *dignum  
dilecto meo ad potandum, labiisq; & dentibus illius ad ruminandum*, quando autè  
hoc melius fit, quàm in ipsa Communione: tunc siquidem guttur est cælesti  
hoc i vino, repletum, quod generat virgines: per quod ita pertransit, vt semper  
tamen dulcissimas reliquias in eo relinquat; dignissimas quæ ruminantur,  
& cum eisdem oblectentur omnes Christi & sponsæ eius Ecclesiæ amato-  
res.

## CAPVT X.

## DE PERFECTA GRATIARVM ACTIONE POST

*Communionem, & seruore in bonorum operum progressu:*

*& quòd omnium fauorum, qui percipiuntur ra-  
tio sit spirituali Patri red-  
denda.*



QUAMVIS considerationes hactenùs positæ non solum sint vsui  
ad præparationem pro suscipienda Communione; sed etiam ad  
gratiarum actionem post susceptam; ponemus tamen hic ex-  
cellentes aliquot humilitatis & gratitudinis affectus tunc exci-  
tandos & exercèdos, qui mirificè depinguntur in ijs, quæ dixit  
ac fecit RUTH, videns quantis gratijs, ac fauoribus Booz illam prosequere-  
tur: de qua subiicit sacer textus: *quod cadens in faciem suã; & adorans super terrã  
dixit ad Booz: vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos: & nosse me*

Tom. 1.

PPP

digna-

*Fragmenta  
sunt aliter-  
do mysteri-  
orum.*

*Communi-  
o  
spiritalis.  
g Psal. 75. 11*

*h Cant. 7. 9.*

*i Zach. 9. 17.*

*a Ruth. 2. 10  
15.*

*dignareris peregrinam mulierem. Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi qui consolatus es me, & loquutus es ad cor ancille tue, quæ non sum similis unius puellarum tuarum.* In his verbis continetur, quidquid ad perfectam gratitudinem post Communionem spectat. Quæ gratitudo tres actus complectitur. *Primus* est, agnoscere, & maximi facere hoc beneficium cum affectu humilitatis, reuerentiæ, & admirationis; hinc ob magnitudinem beneficij, & Domini illud conferentis; inde verò ob summam nostram indignitatem. *Secundus* actus est, eundem Dominum laudare cum summa interna cordis, & externa oris oblatione ad omnia, quæ ipsius fuerint obsequij. Hos sequitur *Tertius* actus, qui consistit in operibus præstandis, ac reddendis pro tanto beneficio accepto, sicut iam declarabitur.

§. I. *Affectus Humilitatis & Admirationis.*

1.  
*Adoratio.*

a *Iob. 42. 6.*  
b *Gen. 18. 27.*  
c *Dan. 10. 9.*

2.  
*Admiratio.*

d *Sophon. 1. 8.*

**P**RIMUM itaque statim post Communionem, attendens, quantum beneficium Christus D.N. in te contulerit, debes, quemadmodum RUTH, *in faciem tuam cadere, eumq;* profundissima reuerentia adorare interiori & exteriori: te ipsum omninò abijciendo, & indignum iudicando, qui oculos tuos leues in cœlum; sentiens de te ipso, quòd sis puluis, terra, & nihilum; & indignissimus, qui in conspectu Dei sis, eiusque fias habitatio. Hoc modo a IOB se humiliabat, b ABRAHAM, c DANIEL, alijque Sancti, quos Deus visitabat: qui toto corpore sese prosternebant, & vultus eorum herēbāt terre, quia non poterant ultra se submittere; libenter iā facturi, si potuissent: spiritu autem demittebant se vsque ad nihili abyssum, adorantes Deum in spiritu & veritate; sibi ipsis tribuentes, quod ipsorum erat, scil. non ESSE; Deo verò, quod ipsius est, ipsummet scil. ESSE infinitum, cuius comparatione quicquid est creatum, est quasi nihilum.

HINC procedit affectus ille, tantæ admirationis, qua dicit anima; quasi altera RUTH: *unde mihi hoc unde inquam tantum mihi bonum, ut me Deus meus visitet, meque alloquatur? unde hoc mihi, ut gratiam inueniam in oculis eius? & dignetur me agnoscere, adeoque familiariter mecum agere, ut in Domum meam ingredi, & in ea hospitari velit?* Quæ ego sum, nisi peregrina quædam & aduena, proditorum parentum filia, in moribus peregrinis, & ab omni virtute alienis nutrita; à Deo eiusque amicitia separata, vagans per oēs terræ creaturas, linguæ cælestis ignara, & tanquā mancipiū obsequijs Dæmonis dedicata. Unde igitur mihi ut Deus me tanquam filiam & domesticam tractet; faciatq; suis domesticis æqualem! Si Deus me pro meritis visitaret, id facturum fuisset tanquam Iudex ille, de quo dicitur d *Visitabo super omnes qui induti sumi veste peregrina: nā semper indui ego habitum valdè alienū à ciuibus Christi: iactans potiùs mundi pompas, quam-*  
obrem

obrem dignaeram, quæ visitaret; vt tãquam temeraria puniret; vt, quæ e *nõ*  
*habens vestem nuptialem*, audeam ad diuinam hanc mensam accedere. Vnde  
 igitur hoc mihi! vt cum talis sim, visitet me Deus, qui talis est: tales sunt hu-  
 militatis & reuerentiæ affectus, quos Dei visitatio efficere solet, quemad-  
 modum apparuit in ijs, quæ f. *S. Elizabeth* dixit, quando Virgo Sanctiss. eam  
 visitauit.

SED nihil mirum, animam in huiusmodi occasionibus admirari, quæ  
 & lucē habet & experiētiã supremi illi<sup>9</sup> beneficij, quod verbis illis R V T H  
 exprimitur, *vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris*: quid e-  
 nim pretiosum magis esse potest, quàm gratiã inuenire coram Deo? & quid  
 magis fortunatum, quàm ab ipso Domino speciali amore diligi; & familia-  
 rem ad eum cum eo cõsuetudinem habere? quid deesse potest ei, qui gratiam  
 inuenit apud omnipotentem? si tanti homines faciunt, gratiam inuenire  
 coram principibus terræ: quantò pluri meriti facient iusti, quòd gratiam  
 inueniant coram Rege cœlesti? & si terreni principis gratia tanti fit, eò  
 quòd illa terrenorum bonorum principium habeatur: quantò magis cœle-  
 stis principis gratia æstimanda est quæ fons est innumerabilium bonorum  
 cœlestium: Hæc aditum præbet cum summo principe agendi familiariter,  
 quoties voluerit, tãquam amicus cum amico; quia Deus illi secreta sua ma-  
 nifestat, & ad cor eius loquitur verba magnæ iucunditatis & consolationis.  
 Hæc causa est, ob quam ille plurimas animæ cõferat diuitias; quasdam qui-  
 dem tanquam perpetuos *census*, augmenta scil. virtutum: alias quasi *monilia*  
 & pretiosa donaria, quales sunt consolationes & gratiæ gratis data. Ob  
 hanc etiam eleuat illū Deus ad officia valde gloriosa domus suæ tanquam  
 instrumento illo vtens, ad clarissima, & Ecclesiæ suæ vtilissima facinora,  
 hæc magnam ei tradit potestatem, ad benefaciendum alijs oratione, & in-  
 tercessione sua: propterea quòd præcipuum apud Deum ipsum locum ha-  
 beat, ex quo prouenit, vt iusti illum venerentur; & Angeli libenter cum eo  
 versentur; homines amicum illum habere cupiant; Dæmones verò timeant  
 tanquam hostem. Denique Deus eum habet sub protectione sua, & nouit  
 g *ex nomine*: approbans eum in terra, & electum, ac designatum habes ad su-  
 um cœlum. O felices, qui gratiam inueniunt coram Deo suo! Inuenit illam  
 h *Noe*, & liberatus est à diluuiio; inuenit *Loth*, & ereptus est ab incendio So-  
 domorum; inuenit *Abraham*, & reuelauit ei Deus arcana sua; inuenit i *Moy-  
 ses* & loquebatur cum Deo facie ad faciem, qui eum fecit Deum Pharaonis, *kin-  
 neni* VIRGO sacratissima, & eleuata est, vt esset mater Dei! O D E V S cordis  
 mei; inueniam ego gratiam in oculis tuis: & hoc mihi fatis. qui enim grati-  
 am inuenit apud te, omnia etiam inuenit in te.

E T hoc est, quod tantam humilibus adfert admirationem: & propterea

c. Mat. 22. 12

f. Luca 1. 9

Eorum qui  
 gratiã apud  
 Deum inue-  
 nerunt præ-  
 rogatiua.

g. Exo. 33. 12

h. Gen. 6. 8.

c. 19. 19.

c. 18. 3.

i. Exod. 33.

11. 17. &amp; c. 1.

7. 1.

k. Luca 1. 30



Ecc. 3. 20

*Humilitas  
gratiam in-  
uenit.*

1. Cor. 2. 12

1. Ioan. 1. 16.

*Deus ad ho-  
minem di-  
uersit.*o Dan. 14.  
37.

tantum bonum consequuntur, quia humiles sunt. nam humilitas ad eam  
 celsitudinem obtinendam disponit. quemadmodum Ecclesiasticus signifi-  
 cat; cum dicit, *quanto magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inueni-  
 gratiam.* & cum bonum hoc tanti faciant, etiam si ex beneficijs prius accep-  
 tis aduertant, se gratiam hanc etiam immeritos apud Dominum inuenisse:  
 valde tamen semper suspirant, vt eam denuò inueniant: pro qua valde cla-  
 mant, seque vt eam assequantur, magis ac magis humiliant. quemadmodum  
 apparet in eo, quod Rv T H paulò pos adiecit, dicens: *Inueni: vel inueniam  
 gratiam apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor an-  
 cilla tua.* quasi diceret: vtinam pergeres, & gratiam continuares, quam exhibe-  
 re cœpisti ancillæ tuæ, quamuis ego eius indigna sim. Non ignoro *in do-  
 na tua* Domine; quia *tui spiritus* ea mihi *manifestat*: facitq; vt ipsa experien-  
 tia illa sentiam: sed fateor, illa non esse mea, nec me eis dignam: quare sup-  
 plex oro, vt ea in me conferuare, & augere digneris: n *gratiam* mihi *pro gra-  
 tia* largiendo, vnã scilicet post alteram, adiuuans me, vt prius accepta be-  
 nè vtenti nouam aliquam & maiorem conferas. Hoc totum consuevit ita  
 geri valde excellenter, in ipsa Communione; in qua populus Christianus v-  
 niuersim inuenit gratiam coram Deo, vt sint habitatio Iesu Christi filij ei-  
 us: sed is præcipuè, qui cum debita humilitate & reuerentia communi-  
 car. Nam dic mihi, quodnam certius indicium potest aulicus quispiam ha-  
 bere, quòd gratiam inuenierit apud suum Regem, quàm quod Rex digne-  
 tur ipsum in propria domo visitare, & in ea hospitari? etiam si enim occul-  
 tus veniat & in alieno habitu: signum tamen id est ingentis ipsius amoris.  
 siquidem statim in ipso aditu ei se manifestat: & cū eo tanquam cum amico  
 agit. Quomodo igitur non erit magnum indicium, quod gratiam inuenie-  
 ris apud Christū cœlestem Regem, si te hoc modo visitat in hoc Sacramen-  
 to? nam etsi in alieno habitu ingrediatur, ad cor tamen verba loquitur, ma-  
 gni solatij & recreationis. quæ verba impellunt te, vt magna cum admira-  
 tione ei dicas: *unde hoc mihi vt gratiam inueniam in oculis tuis* meique recorde-  
 ris: cum ego meritis potius sim vt obliuisceris? Hic est nobilis ille affe-  
 ctus gratitudinis humilis: & gratæ humilitatis: quæ in Daniele enituit, cum  
 Hababuc ferret illi prandium, quod is pro suis messoribus preparauerat,  
 conuersus enim ad Deum, qui illud mittebat, dixit: *o recordatus es mei Deus,  
 & non dereliquisti diligentes te.* O Deus omnipotens, quomodo es recorda-  
 tus vilis huius serui tui? gratias tibi ago ob memoriam, quam habuisti mei:  
 dum pretioso hoc prandio mihi indulgere voluisti. Laudent te iusti omnes,  
 qui gratiam in oculis tuis inuenierunt; eò quòd volueris, me vnū ex eis esse.  
 Utinam semper nouam hanc gratiam inuenirem, qua semper in tuo obse-  
 quio magis ac magis crescerem.

SED ne silentio prætereamus verbum illud raris humilitatis, quod RUTH dixit: *Locutus es ad cor ancilla tue, quæ non sum similis unius puellarum tuarum.* Booz enim FILIAM illam appellauerat, illa verò ancillam se nominat, & adhuc iudicans hoc multum esse, magis se ipsam abijcit, & in ultimo loco post omnes eius famulas se collocat, tanquam indignam, quæ inter eas numeretur. Quid autem est hoc aliud, quàm docere nos duos gradus, siue affectus excellentissimæ humilitatis, quam Dominus noster ijs communicat, quos visitat: alter est erga ipsum Deum; cum quis non se iudicat dignum nomine filij: satis multum reputans, quod sit vel seruus: quemadmodum Beatissima Virgo, cum Angelus ei, matris Dei dignitatem obtulisset, illa se per ANCILLAM Domini nominauit; & ut talem obtulit se ad eius Domini seruitium; qui eam volebat habere matrem. Familiare enim est diuino spiritui, huiuscemodi humilia valde sensa largiri, quando ipsius Dei, qui tales fauores facit, magnitudo consideratur. Nam quemadmodum S. Petrus, videns Christum D. N. in sua nauî exercentem tantam potestatem, admiratione & humilitate plenus, dixit: *q Exi à me Domine, quia homo peccator sum;* ac propterea indignus, qui apud me in mea nauî maneat. ita etiam verus humilis, cernens ipsummet Christum intra nauim sui corporis in Sacramento ingressum cum magna humilitate & stupore dicere solet: *discede à me Domine, quia abominandus peccator ego sum, & indignissimus, apud quem hic maneat.* Sed præter hunc affectum erga Dominum solet verus humilis habere alium affectum humilitatis erga reliquos homines: minimum se iudicans eorum, qui Deo seruiunt; imò indignum, qui cum illis conferatur: quemadmodum S. Paul. r *minimum* se vocabat *Apostolorum,* & *indignum, qui Apostolus vocaretur.* Lumine enim visitationis huius cælestis, adeo de se ipso demisè sentit; ut existimet, nullum esse posse minorem se inter eos, qui magno huic Deo deseruiunt: in cuius conspectu se tanquam nihilum iudicat.

§. II. *Alij actus & opera gratitudinis.*

EX his humilitatis affectibus oriuntur alij admirandæ gratitudinis: nam verè humilis quantum valet & potest, laudat quodcunque donum, etiamsi minimum. videns enim suam indignitatem, Dei verò donantis magnitudinem & maiestatem, semper donum iudicat magnum. Quando autem donum verè in se est magnum: non habet verba, quibus illud possit satis laudare: quare obmutescit, silentio ipso venerans, quod non potest iuxta desiderium suum satis magnificare. Eum in modum, quo RUTH gratam se ostendit, ut dictum est, etiam primum beneficium à Booz sibi collatum, esset aliàs satis exiguum; quia non aliud erat, quàm quod ad colligendas spicas in agro illo admitteretur; & liceret ex aqua bi-

Humilitas  
erga Deum.

p Luca 1. 38

q Luca 5. 8.

& Proximis.

1. Cor. 15. 9.

Gratitudo.

Silensium  
Summa laus

bere, ex qua pueri bibebant. At quando postea adiecit, ut etiam panem comederet, ex quo ipsi messores; & quod posset quasi cum illis metere, tacuit, non sciens quid diceret: sed venerata est silentio pietatem, qua illum erga se vti videbat. Quid verò fecisset, aut dixisset, si vel olfacere potuisset, quod postea euenit: quod ipse scilicet Booz, ipsam esset sponsam accepturus; & participem facturum diuitiarum suarum, allectus ab humilitate & modestia eius, quae tantam gratitudinem, ob tam exigua dona ostendisset.

serm. 51. in  
Cant.

HINC discas, gratissimum animum gerere ob quodcunque beneficium, quod tibi Deus contulerit, quantumcunque (ut S. Bernard. ait) illud videatur minimum. Illud enim alteri maiori initium dabit. Humili namque & grato nouam Deus gratiam confert. Et quod humilitas & gratitudo magis crescit, eò solet doni ac beneficii magnitudo crescere. Et propter hanc causam Christus D. N. non solum a gratias egit, quando voluit panem consecrare, & suis Apostolis distribuere; sed etiam quando b *benedixit quinque panes hordeaceos*, cum voluit quinque millibus hominum eos distribuere. Sed quoniam maiora beneficia maiorem etiam merito gratitudinem exigunt, hinc est, quod, cum hoc Sacramentum instituit, bis gratias egerit; semel antequam panem consecraret, & iterum ad finem Cœnæ, cum c *hymnum confectum* diceret, ut intelligeremus ad eò esse hoc beneficium excellens, ut vel sola spes illud recipiendi digna sit gratiarum actione; multò verò prolixiori, postquam sumptum erit. Et ne in hac re incuria aliqua obreperet: ipsummet nomen, quod frequentius Sancti diuinum hoc Sacramentum appellant, reuocat in memoriam hanc obligationem, eiusque causam. nomen enim Eucharistiæ duplicem habet significationem. Nam S. Irenæus & S. Iustinus dicunt, significare *actionem gratiarum*; S. Thomas & alij Doctores communiter interpretantur *bonam gratiam*. & quia bona est eminenter, inuitat nos ad gratias excellenter agendas. Siquidem id eò nobis datur, ut sit oblatio laudis, & actionis gratiarum ob reliqua dona & beneficia, quæ Dominus ipse nobis largitur, iuxta illud Dauidis: d *quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi: calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, quasi dixerit pro gratiarum actione de reliquis beneficiis, quæ mihi Deus contulit, accipiam hoc diuinum Sacramentum, laudans & benedicens sanctum eius nomen.

a Matt. 26.  
26.  
b c. 15. 36.

c Matt. 15. 20

Euchari-  
stia.

Lib. 6. c. 34.  
Apol. 2. pro  
Christi. ad  
finem.  
3. p. 9. 73. a. 4.

d Ps. 115. 12.

SED non debet sistere vera animi gratitudo in solis considerationib, ac meditationib, nec in solis laudibus & hymnis verborum; nec in solis propositis offerendi etiã magna opera: sed curandũ, ut re ipsa fiant iuxta finẽ, in quẽ ipsa cõmunio dirigitur. Neq; enim magis ingenuẽ gratũ te pro accepto beneficio exhibebis, quã si eodẽ vtaris ad eiusdẽ Dei gloriam, & in finẽ, propter quẽ illud ipse contulit. Et quemadmodũ animæ cibus tendit ad recuperan-

das vires, ad ipiritualiu virtutu opera exercenda, quib. ipiritualis gratia vi-  
ta conseruatur & augetur: ita vera gratitudo sacrae comunionis in eo confi-  
stit, vt statim manū apponamus, ad opere ipso exercenda bona desideria. dā-  
do operā, vt perfectē ea exequamur, quæ nobis ex obligatione incūbunt, &  
ex consilio: iuxta cuiusq; facultatē ad profectū in virtutib<sup>9</sup> faciendū. nec fa-  
cias, q̄ fecit e *Elias*, cū primū panem cœlestē accepit: qui statim *obdormiuit*.  
nam reprehendet te Angelus: & vt secūdo comedas, & statim surgas horta-  
bitur: vt ceptā perfectionis viā prosequaris: eō q̄ adhuc lōga superlit. Quod  
ipsum significat sacer textus, cū dicit de RUTH, quod, postquam comedif-  
set, *surrexerit inde, vt spicas ex more colligeret*: esca enim hęc cœlestis non datur  
otiosis, sed operarijs & laboratoribus: qui in bonorū operū spicis colligēdis  
occupantur: vt animū & vires recipiant ad suum laborē continuandū. Et in  
hoc ipso, cōtinuando scil. magno feruore suum laborē, gratū animū osten-  
dunt. Scriptum est enim: *f qui non laborat, non manducet*. Siquidem talis nec  
ipsum cibū promeretur. Sed & illud est verū: quōd, qui non manducat, non  
laborat: quia deficient illi vires. Est itaq; rationi consonū laborare, vt pos-  
sis comedere; & comedere; vt possis laborare: alterū horū ad alterū præstā-  
dum adhibēdo. Deus. n. spiritualement portionē, quam in Sacramento cōmu-  
nicat, adauget ei, qui eadem Communionē feruenter vitur ad laborandū.  
Propterea. n. dixit Dauid: *g labores manū tuarū, quia manducabis: beatus es, &  
bene tibi erit*. Memēto Christū D. N. cū hoc diuinū sacramentū instituisset,  
& laudum hymnum absoluisset, ex mensa surrexisse: non, vt dormitū, sed vt  
in hortū ad orandum, seq; ad grauissimas tribulationes suę passionis tolerā-  
das offerendū, conferret, dicens, feruentissima illa verba quæ S. Ioannes re-  
fert: *h vt cognoscat mūdus, quia diligo patrē, & sicut mandatū dedit mihi pater, sic  
facio: surgit e eam us hinc; ad locum scil. in quo sum cōprehendendus: vt in me,  
quidquid constitutum est, impleatur. Hic est verus spiritus, quem ex cœlesti  
hac mensa haurire debes, cū ad eam sederis cum cœlesti principe; & inde  
surgere, ad exequendum quidquid Deus iusserit; teque offerre, ad sustinen-  
dum, quidquid ipse statuerit, & ad gloriam suam fieri permiserit. & in hoc  
totus mundus agnoscat, & tu ipse facillē deprehendes, Communionem tu-  
am ex vsu tibi fuisse, si cum hoc animo illam peregeris.*

DENIQVE quemadmodum RUTH, cibo sumpto roborata, perseuerauit  
in colligēdis spicis vsq; ad vesperā; & postea *iporiās, quæ collegerat, reuersa est  
in ciuitatē, & ostendit socris suæ: in super proinli & dedit ei de reliquis cibi sui, quo  
saturata fuerat*: ita etiam tu sacra Communionē confortatus, constanter in  
tuis bonis exercitijs perseuerabis. ita tamen, vt non solo tuo iudicio te gu-  
bernes, nec statim fidas rebus, quæ bonæ apparent, etiam delectationi-  
bus, quas in Communionē, aut orationē, ac Dei visitationibus senseris:

sed

Gratia ope-  
re reddēda.

c3. Reg. 19. 6

f2. Theff. 3.  
10.

g Pf. 127. 2.

h Ioan. 14. 31

i Ruth 2. 13.

sed omnium rationem reddas Confessario, Patris spirituali, qui tuam animam dirigit, cum ijs humilitatis, resignationis, obedientiae, & charitatis indicijs; ut ex ijs tanquam ex reliquijs eorum, quae gesseris & acceperis, aduertat ipse & agnoscat bonum spiritum, qui te direxerit. Nec timeas vitium inanis gloriae, quae in his occasionibus solet oriri. Nam (ut Cassianus ait) periculosius esset res tuas occultare, tantum tibi retribuens, quod solus te ipsum possis gubernare, cum certo periculo propriae deceptionis: quam esset damnium inanis gloriae, quod certum non est: & licet illud intercidere reificando coram Deo intentione tuam; & manifestando eius dona: quia id ipse vult; & in eum finem, quem ipse intendit; & ne in eis deceptio aliqua tibi oboriatur.

§. III. *Quae in Ratione hac reddenda sint obseruanda.*

Quod si nosse cupias, qua dexteritate prudentiaque Magister Spiritus in hac ratione excipienda; & qua fidelitate ac feruore discipulus in ea reddenda uti debeat: attende colloquium inter NOEMI & RUTH in hac occasione interrogauit NEOEMI socrus eius: ubi hodie collegisti, & ubi fecisti opus? sit benedictus, qui misertus est tui. Indicauit RUTH ei, apud quem fuisse operata: & nomen dixit viri, quod BOOZ vocaretur. Cui respondit NEOEMI: benedictus sit à Domino; quoniam eandem gratiam, quam praeberat uiuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait: Propinquus noster est homo. Et RUTH, hoc quoque inquit, praecepit mihi, ut tam diu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est, filia mea; ut cum puellis eius ex eas ad metendum: ne in alieno agro quisquam resistat tibi. Iuncta est itaque puellis BOOZ, & tam diu cum eis messui, donec hordea & triticum in horreis conderentur. In hoc colloquio quatuor capita insinuantur maximi momenti, quae ad Spiritus Magistrum pertinent.

I.  
Examinandi subditi.

a Prou. 27.  
23.

Nec laudandi, nec contristandi.

PRIMUM est: eum, qui ipsius curae est commissus, exacte & sigillatim interrogare, quid fecerit, & quomodo res tota successerit: nam etsi subdito sit magnum desiderium, omnia manifestandi: saepe tamen, si interrogaretur, exprimeret, quod forte non aperuisset, eod quod non cogitasset: & ex vultu modoque respondendi conijciat Magister, quid ille in corde gerat. a Propterea enim dixit Sapiens: diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera: vultus enim ipse saepe indicat, quod latet in corde; & profunda consideratio eruit in lucem, quod latet in spiritu.

SED quemadmodum NEOEMI, cernens, quam multa RUTH collegisset eodie, nec illam propterea laudauit, nec suspicata est, male illam acquisiuisse: sed interrogans, ubi collegisset & fecisset opus, gratam le ostendit erga eum, qui tam humaniter ipsam excepisset, dicens: sit benedictus, qui misertus est tui. ita etiam qui curam gerunt animarum, in quibus signa vident excellentium operum, ac virtutum; nec statim eos laudare debent, approbando quod faciunt;

nec

nec tamen reprobare, quasi illusioni ac deceptioni illud attribuendo: Primum esset vanitatis occasio; & secundum pusillanimitatis. Sed decet, eos prudenter cognoscere velle quidquid geritur; & propendere ad bene de rebus eorum sentiendum; vt confidentius, & maiori promptitudine illi omni aperiant: gloriamque Deo dare, quod misericordiam illis exhibuerit. Et cum dicit: *qui misertus est tui*, docet, accepta dona non pro proprijs ipsorum meritis, sed misericordiae & liberalitati Dei esse tribuenda: qui eos praue nit, voluitque gratia sua locupletare.

SECUNDVM, quod etiam pertinet ad ipsum Ducem & Gubernatorem, est, quod quemadmodum NOEMI manifestauit RVTH quis esset Booz, (quem illa non nisi ex nomine nouerat, quamuis eius liberalitatem esset experta) dicens ei: *propinquus noster est homo*. Ita praecipuum Directoris studium debet esse, maiorem semper Christi Domini nostri notitiam & cognitionem eis instillare: vt a quo tanta bona accipiunt, eum & diligant & venerentur; magnamque fiduciam concipiant, maiora ipsum bona largiturum, qui voluerit cognationem nobiscum contrahere, dum factus est homo, nostramque naturam carnis & sanguinis assumpsit: quasi illis diceret: non miremini, hunc Deum hominem tantis fauoribus pauperem animam profecti, quia noster est consanguineus; & sanguis, quem pro nobis sumpsit, & pro eisdem effudit, ipsum vrget, vt nostri misereatur. Sed quid sibi vult verbum illud a NOEMI adiectum: *benedictus sit a Domino; quoniam eandem gratiam quam praeauerat viuis, seruauit & mortuis*. O immensam diuinam largitatis bonitatem! non est CHRISTVS Dominus Noster sicut mundi huius principes: qui viuentibus quidem beneficia conferunt; sed eorumdem post mortem obliuiscuntur: eorum enim amicitia palato ipsorum & vtilitati innititur, quam ab ipsis viuentibus accipiebant: & post illorum mortem alios quaerunt, a quibus eadem accipiant. At CHRISTVS beatitudo nostra, gratiam, quam viuenti iusto incepit exhibere, eandem maiori munificentia seruat cum defuncto: honorans illum, & glorificans per totam aeternitatem in caelo: quia ipsius misericordia aeterna est, & nec principium nec finem habet erga eos, qui ipsum amant, & in Domino moriuntur: eiusque gratia & charitas nunquam perit. Nec solum hanc curam de defunctis gerit, sed etiam de spectantibus ad ipsos: quemadmodum BOOZ misertus est RVTH, eo quod nupsisset consanguineo ipsius. Et propterea dixit Moyses Deo Exod. 34. 7. *qui custodis misericordiam in mille generationes, benefaciens filiis* ob amicitiam, quam cum defunctis parentibus habuisti: quemadmodum fecit propter Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & alios seruos suos.

2.  
Christi notitia in stillanda.

3.  
Mandato-  
rum Dei ob-  
seruatio.

c Ioan. 2. 5.

Dei vocatio  
constanter  
sequenda.

d Psal. 83. 6.

q. 17. in c. 2.  
Ruth.

Caute am-  
bulandum.

4.

q. 18. in c. 2.  
Ruth.

TERTIVM & præcipuum, quod pertinet ad gubernatoris officium, est, vt quemadmodum NOEMI statim atque RVTH dixit: *Hoc mihi præcepit Booz*, exhortata est illam, vt eius mandato pareret: sic Director debet suos exhortari, vt omnia Christi D. N. præcepta exactè obseruent: eiusque consilia, & inspirationes opere exequantur. ex hoc enim omne bonum eis proueniet: si in omnibus & omnino obediant principali gubernatori Christo, cuius cooperatores sunt eius ministri. Eum in modum quo Virgo sanctissima in nuptijs in Cana Galilææ dixit ministris: *c quodcumq; dixerit vobis filius meus, facite*: quare qui animarum gubernatione funguntur, obseruare diligenter debent, qua via Deus illas deducat; easq; pro officij sui ratione adiuuare: vt constanter eum sequantur, nec ad alium quenquam declinent, dicentes illis, quod NOEMI dixit RVTH: *melius est, filia mea, vt facias iuxta præceptum Booz, vt in eius agro spicas colligas: ne in alieno quispiam resistat tibi*. Verè enim nihil magis nobis expedit, quam in eo occupationis, ministerij, aut exercitationis genere occupari, in quo Deus nos constituit. nam in eo pacem inueniemus, & profectum. quod si ad aliud ab eo distinctum diuertamus, mille impedimenta, quæ nobis resistent, inueniemus. ita vt maior quidè sit in eo labor, minus tamen commodum; & maius detrimentum. Propterea enim dixit Dauid: *d Beatus vir, qui ascensiones in corde suo disposuit in loco, ubi Deus illum posuit*.

SED quoniam tyrones sæpè errant in præceptis, & inspirationibus Domini discernendis: ad ipsos Magistros pertinet, illos corrigere, ac in eis dirigere quemadmodum fecit NOEMI in hac occasione. nam BOOZ dixit ad RVTH: *iungere puellis meis*. ipsa verò RVTH retulit NOEMI, *hoc præcepit mihi, vt iungerer messoribus eius*. At NOEMI eam correxit, (vt notat Abulensis) dicens: *melius est, vt cum puellis eius exeat*: obseruans scilicet cautelam, quam Booz adhibuerat: vt RVTH non viris sed puellis iungeretur, ad spicas colligendas. Ex quo discant Prælati, quantam curam adhibere debeant in explicando suis subditis modo & ratione suas obligationes & occupationes explendi, occasiones lapsus alicuius euitandi; vt ita vnum præceptum impleant, ne se periculo exponant alterum transgrediendi.

DENIQVE ad eorundem Directorum munus spectat, eos, quorum curam gerunt, ad id quod optimum est & perfectissimum exhortari: tam quoad substantiam operis, quam ad intentionem illud perficiendi: persuadentes illis, vt in utroque, quod præstantissimum est, accipiant. cum in modum quo NOEMI exhortata est RVTH, vt cum puellis Booz exiret ad *metendum*, quasi diceret (vt notat idem Abulensis) *hodie spicas aliquas pro te collegisti: omitte iam hoc officium, ex quo tam exiguus prouenit fructus: & coniungere puellis Booz ad metendum; non ob*

merce-

mercedem, sed vt illas adiuues in seruitio Booz, à quo sperare poteris liberaliorem tui laboris remunerationem. Quod dixit NOEMI, cogitans, vt hoc obsequio RUTH, ipsius Booz voluntatem ad se alliciens, viam sterneret, vt ipsam in vxorem duceret: quemadmodum postea fecit. Quæ omnia ob oculos nobis proponunt curam & sollicitudinem Magistri spiritualis in dirigendis suis tyronibus ad seruiendum Deo in rebus magnis: nec propriam mercedem, aut se ipsos in bonis actionibus suis quærendos; sed Deum solum eiusque voluntatis beneplacitum: eò quòd hac via multò plus sint profecturi, siquidem non sibi sed suo dilecto laborantes, eò maius præmium ex eius liberalitate accipient: quo minus illud quærent. magnum illud sibi præmium reputantes, quòd ipsi in omnibus placeant. In quem sensum dixit S. Bernardus: perfectum Dei amorem nec mercenariū esse, nec tamē mercede carere: potius eò maiorem obtinere, quòd minus illam quærat, in hoc enim ostendit, se multum diligere: siquidem pro præmio respicit diligere, & obsequi suo dilecto.

CONCLUDAMVS hunc tractatum cum obedientia RUTH tam firma & cōstanti, vt de ea dicat Scriptura: *e iuncta est puellis Booz: & tam diu cum eis messuit, donec hordea & triticū in horreis conderentur.* nā talis esca, quale est hoc Sacramentum & cum ijs consilijs, quæ CHRISTVS Dominus inspirat, & bonus eius minister suggerit: modò sit fidelis obedientia: tribuet donum perseuerantiæ in sanctis exercitijs, vsque ad finem messis, huius scilicet vitæ, & donec spirituales messes omnium virtutum sibi colligat: tam illas, quæ inferiore sensualitatis partem exornant, quæ significantur per *hordea*; quàm illas, quæ superiorem spiritus partem perficiunt, quas significat *triticum*. quæ omnes condi debent in horreis animæ: vt iustus (quemadmodum ait Apostolus) *est sanctus corpore & spiritu*, & perueniat eò, vt duabus gloriæ stolis exornetur, quæ promissæ illi sunt in cælo.

SED quemadmodum messis hordeacea, & incipere & finiri solet prius, quàm triticea, quæ solet esse postrema: ita etiam fit, vt seuera virtutum corporalium exercitia, quæ robustiora corpora & fortiores complexionem requirunt, breuiori tempore durent. Et quemadmodum vires debilitantur ac deficiunt in senectute, ita in ea (ait Sanctus Hieronymus) cessare solent penitentia, disciplina, ieiunia, & similes aliæ asperitates, non tamen deficiunt spirituales virtutes: sed potius crescit sapientia, charitas, misericordia, & zelus animarum: imò ipsum desiderium rigoris & seueritatis tunc non tepescit: quamuis desint vires ad eos labores opere exequendos; nam si posset, potius tunc eos auget. nam, quòd se videt magis morti appropinquare, eò maiori feruore se præparat vt fœliciter ac prosperè viæ suæ finem imponat: quemadmodum proximo Tractatu dicitur.

*Pura intentio.*

*Amor non est mercenarius.*

*Serm. 37. in Cantic. & tract. d. diligens Deo, & dicto pro in de.*

*5. c. Ruth. 2. 23*

*Perseuerantia.*

*1. Cor. 7. 34.*

*Epist. 2 ad Nepotian. Tom. 1.*

*S. Greg. 8. Moral. 6. 7.*



g Ioan. 12.  
25.

IMPONAMVS itaque huic tractatu de Sanctissimo Sacramento finem, dicentes de eo (quod Sanctus Ioannes dixit) superesse alia multa mirabilia, que si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi essent libri. Quare plurima, ea que grandia dicenda sunt de eo, quatenus est Sacrificium: qua, Deo bene fauente, ponentur in Tractatu de statu Sacerdotum, & de Sacrificio Missæ.

TRACTATVS QVINTVS,  
DE PERFECTIO  
NE IN INFIRMITATI  
BUS ET MORTIS PERICVLIS: AC  
DE EXTREMÆ VNCTIONIS

SACRAMENTO.



LTIMVM SACRAMENTVM ex quinque ad singulorum perfectionem institutis, est EXTREMA VNCTIO: qua infirmis in ultimo vite periculo constitutis datur, vt possint in sua infirmitate Christianam perfectionem conseruare & augere seque preparare ad bonam mortem, qua fit illis transitus ad æternam gloriam. Prius tamen quam in particulari de hoc Sacramento agamus, operæpretium erit rem ipsam paulò altius aggredi, & in particulari declarare, quidquid ad ipsum Christianum spectat, toto tempore, quo ægrotat, & est valetudinarius: proponendo ob oculos, & eruendo thesauros, quos in ipsis infirmitatibus DEVS reconditos habet, modumque & rationem, fructum ex iisdem infirmitatibus capiendi.